Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0001-3

M. 1,30 ₰. h. M. I, 133.

1908

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0004-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0005-4



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0006-9




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0007-5

# ANTHROPOSCOPIA

SEU

# JUDICIUM HOMINIS DE HOMINE, EX LINEAMENTIS EXTERNIS A CAPITE USQUE AD CALCEM PROXIMUM,

*Ex probatiſſimis, quotquot ferè exſtant,*

Phyſiognomiæ humanæ Scriptoribus, ſummo cum ſtudio excerptum, & in uſum

*Studioſorum Artium Liberalium*

Simplici ſtylo ac methodo formatum, tribus libellis comprehenſum, & publici juris factum.

*Cum Indice Rerum ſeu Judicij ſufficientiſſimo.*

*A*

M. ANDREA OTTHONE,

Colbergâ-Pomerano.

---

REGIOMONTI BORUSSORUM

Impenſis PETRI HENDELII Bibliop.

TYPIS JOHANNIS REUNERI.

ANNO 1647.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0009-0

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Florentiſſimæ

# NATIONI POMERANICÆ

*Seu*

VIRIS

*Nobiliſſimis, Clariſſ. Præſtantiſſimis. Humaniſſimis atq; Doctiſſimis*

DNN. STUDIOSIS POMERANIS

eorumq: Societati addictis, hoc tempore

*Celeberrimæ Academiæ Regiomontanæ Civibus Spectatiſſimis.*

Dnn. Sympatriotis, Fautoribus atq; Amicis meis longè chariſſimis

S. P. D.

POſtquam officii ratione, in conſcientioſâ HOMINIS CHRISTIANI contemplatione, quomodo videlicet is ex Scripturæ S. ſpeculo cognoſci, & ab hypocritis dignoſci queat, currente hoc anno verſari, torpentis (prohdolor!) Chriſtianiſmi noſtri cœcitas efflagitavit, priusquam



usquam

usquam hanc patulis, indignātibus licet, Mundi in maligno poſiti oculis ſiſterem, & ſi fortaſſe meruerit, evulgarem, *Hominis Phyſicè conſiderati ſpeculationem*, ex admirando Naturæ volumine, cujus autor non minùs quàm Scripturæ DEVS eſt, ante aliquot annos in Academiis, ex optimis quibusq; Phyſiognomonum Scriptis deſumtam, experientiâ variorum Subjectorum comprobatam, & ſimplici ſtylo, ne Figurarum ſculpturâ opus eſſet, conſcriptam, rogatu quorundam amicorum edere, & Liberalium Artium Studioſis cōmunicare lubens meritoq; volui: Ex cujus jucunditate quod ſi Utilitatem etiam hauſerint, eſt, de quo ſibi gratulentur: it. hanc autem, uni tantùm aut alteri paragrapho inhærentes, ſi in Judicio erraverint, culpam ne transferant; ſed omnibus ac ſingulis â capite ad calcem usq;, ſignis inter ſe collatis, ingenioſo ſcrutinio Naturam & Affectiones Hominū explorent, & tùm demùm, exacto judicio formato, quid ſentiendum ſit, pronuncient: Imò hanc Anthropoſcopiam cum Thematibꝰ

Gene-

Genethl'acis exactè conferant, & quanta ſit Aſtronomiæ Practicæ (Aſtrologiæ enim nomen rigidiuſculis quibusdam nimis exoſum eſt,) cum hàc ipsâ conformitas, ne dicam, certitudo, cum admiratione experientur. Equidem non dubitat Anthropoſcopia hæc mea, ſe ſuos habituram eſſe Oſores atq; roſores; Verum hisce, ſive Moloſſi, ſive Catelli fuerint, oſſa ſua ultrò objicit, & quemcunq; illorum, ſic fermè affatur:

*Si qua fames Famæ noſtræ te, Zoile, vexat,*
*Hem! ſi vis Famam rodere, rode tuam.*

Amatoribus verò ſuis carnes ac medullas ſubmiſſe atq; amicè apponit, bellaria ſpondens in futurum aliquantò delicatiora.

Vobis autem, Veſtroq; perpetuo Nomini, Sympatriotæ plurimum honorandi, Anthropoſcopiam hanc meam Philoſophicam offerre atq; dicare uti volui, itâ etiam debui: primò quoniam Vos, tanquã ſtrenuos Diſciplinarum Philoſophicarũ cultores, qui ad ipſa Apollinis penetralia aſcenditis, & ſplendidum lumen Patriæ noſtræ affunditis, ita etiam medullitùs

amo, feliciſſimosq́; ſtudiorū atq; doctrinæ veſtræ progreſſus ex animo Vobis apprecor. Deinde, ut teſtimonium aliquod grati erga totam Laudatisſimam Nationem Pomeranicam, animi exhiberem, quòd, cùm Laureâ Magiſtrali ante triennium ipſis Jubilæi Academici ſecularis feriis coronarer, gratulatorio carmine me cohoneſtaverit. Tandem etiam, ut, quemadmodum amore atq; favore veſtro me usq; huc ſemper proſeqvuti eſtis, etiā memoria Mei Meorūq; apud vos perēnaret, maximè autē in hoc ipſo, quocunq; in terrarū orbem Divina Providentia, ad functiones Eccleſiaſticas vel Politicas fructuosè obeundas, ab hoc tempore vos diſperſerit atq; vocaverit, Filiorū meorū, ſi ſuper vixerint, ſtudiisq; animū mancipaverint, meminiſſe, eosq; tàm auxilio, quàm conſilio veſtro juvare nō dedignaremini. Ita vos iterū ſoſpitet ſummi Numinis Clemētia! Immo: Vigeat Floreatq; *Nobilisſima Studioſorū Pomeranorum Natio!* Dabā ex viridario meo Rosgartenſi in Academiâ Regiomontanâ die 28. Maji An. 1647.

Nationi Pomeranicæ

*addictisſimus*

M. ANDREAS OTTHO

Ad Rev. & CL. V. Dn. M. Andream
Otthonem, Amicum pl. honorandum,
Obſervationes haſce στοχαστικὰς
edentem.

*Conjectandi aliquam, temerè ſi quis neget artem*
*Ex mento, ore hominis, fronte, oculo, atq; manu:*
*Otthonis Clari pietate fideq; Magiſtri*
*Conſulat exiguum, qui docet hæcce, librum.*
*Ex hoc quisq; hominis, curâq; adjutus & arte,*
*Naturam, mores, ſtamina noſſe poteſt.*

Sigism. Weier Sen. Hiſtor. P.P
& Biblioth. Elect.

---

In Anthropoſcopiam ſui honorandi amici M. OTTONIS.

*Lynx ſuperat viſu mortales, Lyncea rurſus*
*Quod ſuperent Homines, OTTO, probaſſe potes.*
*In diſtans vegeto Lynci ſit gloria prima,*
*Sed ſimul & mentem pervidet ipſus Homo.*

*Aſt homo ſit doctus, qui callet maxima ſcire,*
*Si minimum dextrè collocet Artis opus.*
*Hoc docuiſſe placet vigili Tibi; Diſcat id ardens*
*Artis opus, quisquis ſe benè noſſe cupit.*

M. Albertus Linemannus Math. Prof. Publ.

---

שיר

מורכב וקשור׃
הוי גוי חוטא
האוב בוטה
הידעני פותה
מעונן או קוסם שוטה
מנחש ומכשף שמאל נוטה׃
הוי הגבור
מדור לדור
עומק דעת יחקור
אמת נסתרת אל הבור
בחשך בל יהי יום לו ואור
לציר
דבין חבריא

Stephani GorlovI, M. Prof. Publ. Hebr.

AD

*Reverendum, & Clariſsimum Virum*

# DN. M. ANDREAM OTTONEM opus Phyſiognomicum publicantem.

OTTO, pariter genii humani, &
Sacrorum qui gnarus, prudens,
Animosè! quod nihil illorum
Scæva moraris judicia, malè
Cœco damnant qui cata Zelo
Stigmata Cœli ſubdita membris,
Ingenij intus nuntia noſtri
Latitantis, bona mala vel tacitè
Præmeditantis ſicq; facinora:
Sed reſupinas condita cordis
Molimina; dum ſapiens fronti-
Spicii interpres fallere docti
Animi, tanquam ſole illato,
Genium ex ſignis noſcere monſtras.
Macte Ingenio, Vir Reverende, &
Nomine, nobis ingenio artis
Latebris motis Corda recludens.

Joachimus Buthenius
Stetinenſis

# In Phyſiognomiam

*Rev. Clariſſimi nec non Eruditiſſimi Viri*

DN.

# M. ANDREÆ OTTHONIS

## Fautoris ſui omni obſervantiæ cultu proſequendi.

*DUm tradunt alii ſuperba facta*
*Regum poſtgenitis: & altioris*
*Deſcribunt alii plagas Olympi,*
*Aſtra & perpetuis coruſca flammis:*
*Dum multi viridis notant ſalubrem*
*Herbæ vim, variiſimulq; floris,*
*Tu, Fautor Venerande, quem Camœnæ,*
*Et dulces Charites fovent, amantq;,*
*Pervolvis vigili libros labore,*
*Quos cudêre animo ſagace quondam*
*Hermes, Pythagoras, Sophûmq; Princeps*
*Cunctorum, Zopyrus, Maternus, atq;*
*Alchindus, Polemon, Rhaſes, Philemon,*
*Rothmannus, Michael Savonorola,*
*Cocles, Taisnerius ſagax, Dryander,*
*Tricaſſus, celebris Tybertus, atq;*
*Peuzerus, reliquiq; Chiromantes,*

Atq;

*Atq; ex his meliora colligendo*
*Concinnas opibus Tagi micantis,*
*Intactisq; Arabum, Indiæq; ditis*
*Theſauris pretioſius volumen.*
*Hinc agnoſcere enim ſibi futura*
*Quivis, ac propriam valet notare*
*Naturam, varia & pericla vitæ,*
*Et præviſa ſibi cavere damna;*
*Vel votis meliora promovere.*
*Non fatalem etenim neceſſitatem*
*Inducunt manuum ſtupenda ſigna,*
*Frontis lineolæve clariores.*
*Hinc Hippocraticæ peritus artis*
*Occultas poterit ſagace cauſſas*
*Morborum gravium videre mente,*
*Ac prævertere ſæpius dolorem*
*Inſtantem medio ſalubriori.*
*Hinc Judex, quoties quis arguatur*
*Cædis (re creperâ) reus nefandæ,*
*Vel latrocinii, ſtuprive turpis,*
*Cognoviſſe poteſt, ſceleſta ad auſa*
*An propenſa ſiet reo voluntas.*
*Præco voce tonans ſacratiora*
*Hinc noviſſe valet, poli verendum*

*An*

*An verâ pietate quis Monarcham,*
*Vel fictâ colat ac adoret, & ſic*
*Inſtillare cuiq; rite verba,*
*Cœleſtis veluti ſalus requirit.*
*Claræ tanta ſatis peritus hujus*
*Artis commoda habebit, bisq; plura!*
*Eſt temnenda igitur procax caterva*
*Clamantûm:* faciunt manus plicatæ
Sulcos, hiq; nihil notant futuri.
*Aſt vero minùs hæcce convenire*
*Sensûs judicium probant & uſus.*
*Tu verò, peramande Fautor, usq;*
*Scriptis perge tuis juvare gratam*
*Turbam Caſtalidum impigrè colentes.*
*Sic creſcet Tua fama in orbe, laudes*
*Ac haud poſteritas tuas tacebit.*

Caſparus Cloſe Wernigerodenſis Cheruscus.

MNE-

# MNEMOSYNON

Amoris & Affectûs Intimi

*VIRO REVERENDO & CLARISSIMO*

DN. M. ANDREÆ OTTONI,

Fautori Optimo, indeque ſuſpiciendo,

*Abſolutiſſimum, Deſideratiſſimumque*

OPUS PHYSIOGNOMICUM

publici juris facienti,

Oblatum, & ἀναγραμματοστίχῳ ἀπὸ τῆς χειρογονίας delineatum

à

VALERIO IASCHIO

Colbergâ-Pomerano.

---

M. ANDREAS OTTO.

Ἐν ἀναγραμματισμῷ

MORES ADNOTAT.

*RES eſt excellens Hominum cognoſcere Mores;*

*Plus at, ſi Mentem nôris & Ipſe Tuam.*

*Novit*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0021-3

*Novit id* OTTO, *Decus* Patriæ! Velociter *offert*
Ingenuos MORES, ADNOTAT *atq;* Feros.
*Præmia* MUSA *refer*; linguâq; manuq́; *meretur*,
*Nec ſine quò letho* Mens generoſa *cadat*:
*SIt feLIX ergò, VIgeat sIne fIne beatVs!*
*AnDreaM VIrtVs approbet VsqVe poLI!*

# INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

## Libri I.

Cap. I. De Figurâ Capitis.
2. De Capillis.
3. De Auribus.
4. De Timporibus.
5. De Frontis Judicio in genere.
6. De Cõplexionibus ex Fronte in genere cognoscẽdis.
7. De Lineis Frontium in genere.
8. De Lineis Frontium, earũq; ſignificationibus in ſpecie.
9. De Lineâ Saturni.
10. De Lineâ Jovis.
11. De Lineâ Martis.
12. De Lineâ Veneris.
13. De Lineis Mercurij.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0023-4

14. De Lineâ Solis.
15. De Lineâ Lunæ.
16. De Linearum Frontis dimenſione ad certum ætatis annum.
17. De Supercilijs.
18. De Cilijs ſeu palpebris.
19. De Situ Oculorum.
20. De Oculorum Quantitate.
21. De Oculorum Qualitate. & primò de æqualitate & inæqualitate.
22. De Coloribus Oculorum.
23. De Circulis Oculorum.
24. De Oculorum Maculis, guttulis ſeu granulis.
25. De Statu & motu Oculorū.
26. De Oculorum ſplendore & obſcuritate.
27. De Naſo & Naribus.
28. De Genis ſeu Maxillis.

Cap. 29. De Labijs.
30. De Ore.
31. De Dentibus.
32. De Linguâ.
33. De voce & loquelâ.
34. De Riſu.
35. De Anhelitu & ſuſpirijs.
36. De Barbâ.
37. De Mento.
38. De Facie.
39. De Collo & ejus partibus.

## LIBRI II.

Cap. 1. De Humeris
2. De Brachijs.
3. De manibus, & quidem de manuum legitimâ proportione.
4. De ſignificationibus partium Manûs.
5. De Situ & ſignificatione Mõtium ſeu Tuberculorum manûs.

6. De

6. De Linearum ſitu ac nomine.
7. De Tempore, loco ac modo Inſpectionis & judicij manuum.
8. De Judicio quantitatis manuum.
9. De Judicio qualitatis manuum ac digitorum.
10. De Unguibus.
11. De Ungvium ſtigmatibus & maculis.
12. De Pollice & monte Veneris.
13. De Monte & Digito Jovis ſeu Indice.
14 De Monte Saturni & Medio digito.
15. De Monte Solis & digito Annulari.
16. De Monte ac digito Mercurij.

Cap.

Cap. 17. De Monte Lunæ & baſi Triangulari.
18. De Loco Martis.
19. De Lineâ Vitæ.
20. De dimenſione Lineæ Vitalis.
21. De Lineâ Naturali ſeu Cephalicâ.
22. De dimenſione Lineæ Naturalis.
23. De Lineâ Menſali.
24. De dimenſione Lineæ Mẽſalis.
25. De Lineâ Hepaticâ.
26. Dæ Lineâ Saturninâ.
27. De Lineâ Solari.
28. De Viâ ſeu Lineâ Lacteâ.
29. De Cingulo Veneris.
30. De loco Matrimonii ejus lineis, & earundem ad certum annum dimenſione.

31. De

31. De Raſcettâ
32. De pectore.
33. De Mammillis.
34. De Coſtis.
35. De Dorſo.
36. De Umbilico & Ventre.

## Libri III.

Cap. I. De Coxis & Femoribus.
2. De Lumbis.
3. De Genibus.
4. De Tibiis.
5. De Talis.
6. De Pedibus.
7. De Digitis & Ungvibus pedum.
8. De inceſſu.

γέλως ὀδόντων, καὶ βῆμα ἀνθρώπου ἀναγγε-
λεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ.

## Rod. Goclenius.

*EGo ſcelus eſſe puto & impietatem, negare, quæ in naturâ habent cauſas manifeſtas, quæ ita condita ſunt, ut præſagiant futura, eaq; præſenſione nos de iisdem commonefaciant: Neceſſe eſt autem, legitimum uſum operum* DEI *diſcerni â ſuperſtitioso & impio. Cum enim Homo, omnibus aſpectabilibus divina autoritate ſit præpoſitus, excellatq; ille quidem, tùm rationis, tùm orationis facultate, ideoq; radius quidam divinitatis in eo eluceat:* DEUS *verò ita opus ſuum condidit, ut ſingulis na-*

lis naturis & actiones congruentes & vires actionum effectrices indiderit &c. Cum, inquam, hæc ita ſint, ſunt autem veriſſima, impii certè in DEVM ipſum tanquam Creatorem, & in Naturam multis modis injurii videbimur, ſingularum rerum creatarum uſum per ordinata & deſtinata ſigna ordine & lege naturæ non æſtimantes & judicantes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0030-3

# ANTHROPOSCOPIÆ LIBER PRIMUS,

CONTINENS

# PHYSIOGNOMIAM

Capitis & ejus partium.

## CAPUT I.

## DE FIGURA CAPITIS.

§. 1.

Caput magnum habentes præter formę debitum, & ad humeros dependens, *ſtolidi, indociles, & de die frequenter ſomniculoſi ſunt; teſte Polemone, virtute prorſus & omni ſenſu carent.*

2. Caput autem magnum, cæteris corporis benè diſpoſitis ſignis, *ingenium aliàs mediocre denotantibus,*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0031-8

*bonarum artium receptaculum eſt, morumq́ præſtantiam denotat.*

3. Caput magnum, corpori, præſertim autem collo benè proportionatum, ita ut idipſum ſit forte & mediocriter groſſum, cum nervis groſſis, *animoſos & fortes, illiberales tamen paulò denotare viſum eſt.*

4. Caput, ventriculo medio aliqualiter compreſſo, circa latera magnum, *promptitudinem in Diſciplinis apprehendendis ac retinendis, ut & bonum à malo diſcernendum, ſine omni dubio deſignat.*

5. Caput ineptê prolixum, in organis obliquum, *impudicitiam, impudentiam & amentiam aſſerit.*

6. Caput magnum cum bovinâ quaſi frontis latitudine & gigantis vultu, *manſvetos quidem, ſed tardos atq́ hebetes notat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0032-4

7. Caput longum, aliqualiter protenſum, ad mallei formam, *providum ac circumſpectum innuit.*

8. Caput pineatum ſeu formam Piramidis habens, cujus pars inferior rotunda; ſuperior autem pineata ſeu acuminata, *inverecundiam, rapacitatem & inſolentiam præ ſe fert.*

9. Caput magnum & collum parvum, *inobedientiæ & contumaciæ ſignum eſt.*

10. Caput parvum, reliquis corporis partibus valdè magnis, *falſos ac maledicos, cane pejus & angve fugiendos prodit.*

11. Caput minimum, collo exiſtente longo & ſubtili, *calliditatem, iræ velocitatem, perfidiam, ſuſpicacitatem & ad quævis flagitia intentionem non parvam deſignat, teſte Meletio Philoſopho.*

12. Caput in anteriori parte vallatum, depreſſum & concavum, *iracundum & doloſum ſignificat.*

13. Caput humile & planum, *diſſolutæ vitæ indicium eſt.*

14. Caput Sphæricum, *animi inſtabilitatem, oblivionem, exiguamq́; diſcretionem & ſapientiam notat. Tali capite præditi, multa pollicentur, ſed pauca ſervant; importuni, avari & invidi ſunt, quos, ſi unà Cholericæ & Melancholicæ complexionis fuerint, crudeles, deprædatores, Tyrannos, ac Deum minimè timentes, ſine ulla exceptione ſtatues.*

15. Caput breve, *ſine ſenſu & ſapientiâ eſt.*

16. Caput in ſynciput cavum, *iracundiæ deditum & ſenſibus malè affectum dicit.*

17. Caput in occiput cavum, *timidi-*

*miditatem & debilitatem tàm cerebri quàm totius naturæ exprimit.*

18. Caput in occiput, ubi nobiliſſima cerebelli ſedes eſt, prominens, *acumen ingenij, & oſſium robur promittit.*

19. Caput in ſynciput prominens, *mediocriter ſenſatum notat.*

20. Caput in timporibus tumens, utrisq; præſertim, ſi venulæ rubræ ibidem conſpiciantur, *in ſano more iracundos deſignat.*

21. Capite erecto, ad omnia menſurato & mediocris magnitudinis præditi, *ſenſibus & ingenio excellentes, proſpectè ambulantes, liberales & magnanimi debito modo judicantur.*

## CAPUT II.
## *DE* CAPILLIS.

§. 1. Qui raros habent capillos, *ſalaces & aliquo modo doloſi ſunt, morati tamen, ingenioſi ac liberales.*

2. Capilli juxta timpora rari, ſed rigidi, *timidum rigidumq́; denunciant.*

3. Capilli juxta timpora tenues & rari, *frigidum & viribus deſtitutum hominem ſignificant.*

4. Capilli denſi quibus ſunt, & ſimul aſperi, *illos animo rudes & agreſtes, tandem etiam creſcentibus annis ad Epilepſiam & Maniam inclinatos judicato.*

5. Capilli denſi circa timpora & aures, *callidi ac libidinoſi hominis ſunt indicium.*

6. Capilli groſſi ſi fuerint & ſimul albicantes, *indocilis & indomiti hominis præbent argumentum.*

7. Duri atq; aſperi capilli, *fortes quidem, ſed agreſtes deſignant.*

8. Capillorum mollities, *manſvetudinem & cerebri frigiditatem, fœmineumq́; animum indicat.*

9. Capilli in capite erecti, reliquis itidem partibus corporis valdè piloſis, *timiditatem & ſtoliditatem præſagiunt.*

10. Criſpitudo capillorum mera & mollis, *timiditatem, fraudulentiam & pueriles mores innuit.*

11. Criſpi mediocriter in extremitatibus capilli, *animoſos atq; ingenioſos efficiunt.*

12. Capillorum criſpitudo ſurſum elevata, *calidæ complexionis ſignum eſt.*

13. Capilli in tactu criſpi, piperis corrugationi ſimiles, *facultatis digeſtivæ debilitatem, citamq́; ſenectam portendunt.*

14. Capilli leniter per frontem



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0037-0

è regione utraq; naſi deſcendentes ac dependentes, *liberales ac miſericordes*; In magnâ autem copiâ cum aſperitate, atq; hinc inde protenſi, *lurcones ac Veneri clanculariè inſervientes prædicunt*.

15. Capilli à cervice ſurſum vergentes, *hominem effœminatum & tardum ſignificant*.

16. Capilli depreſſi, per medietatem frontis dependentes, *animum ferum & urſinum declarant*.

17. Capilli groſſi & multi cum piloſitate reliquarum partium corporis, *Juveni Melancholicos affectus & Maniam, niſi precibus ac medicamentis id malum præcaverit, minãtur*.

18. Capilli in vertice ſeſe vertiginantes, *hominem res varias meditantem, & actiones ſuas feliciter perficien-*

*ſicientem, obſtinatum intereà ſibiquè placentem indicant.*

19. Capilli ſurſum vergentes, *cogitabundos, triſtes & avaros notant.*

20. Nigredo capillorum, *timiditatem, vafritiem & avaritiam arguit.*

21. Nigri capilli cum luciditate, aſperitate & tortuoſitate, *complexionem hominis calidam, animiq́ vehementem iracundiam deſignant.*

22. Subnigri *Cholerico-Melancholicos deſignant.*

23. Nigri & recti capilli, *cerebri aduſtionem & melancholiam hominis dicunt.*

24. Nigri, recti, & craſſi capilli, *luxurioſos & libidinoſos arguunt.*

25. Subnigri i. e. medii inter albedinem & nigredinem capilli inſtar caſtanearum, cum gratâ mollitie, *homines bonæ complexionis, inge-*

*rioſos, fideles, & propter rectitudinem animi Juſtitiæ amatores perpetuos notant.*

26. Albedo capillorum, *frigidæ complexionis, timiditatis ac debilitatis indicium eſt.*

27. Canicies capillorum feſtina, *defectum caloris interni, internasq́; curas & cruciatus cordis, aliquando etiam Veneream naturam innuit.*

28. Flavi mediocriter capilli, *animoſos & ad belligerandum habiles notant.*

29. Leniter ſubflavi capilli, *egregiam ingeniorum ſubtilitatem & in diſciplinis capeſſendis promtitudinem, bonam corporis compoſitionem, honeſtos mores, animo verecundos, largos, ſimplices, bonos Philoſophos, & ad flagitia non leviter inclinabiles, ſed rarò longævos prædicunt,*

30. Val-

30. Valdè autem flavi & quaſi ſubalbicantes capilli, *malignitatem, ruſticitatem, feritatem, & mores inconvenientes notant.*

31. Flavi & ſubaurei capilli, depreſſi & ſeſe non criſpantes, *ingenij bonitatem, viſus autem debilitatem præſagiunt.*

32. Aurei coloris capilli, *ingenio præclaros, fortes, intrepidos, arte ſimul ac Marte præſtantes indicant.*

33. Flavi & ſatis rubri capilli, *iracundiam hominis demonſtrant.*

34. Capilli ſubrubri *avaros deſignant.*

35. Valdè ruffi capilli, *Cholericos planè, ad amentiam usq; iracundos, doloſos, inſidiatores, imprudentes, lucri cupidos, avaros, animo præcipites & inſigniter malignos arguunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0041-4

# CAPUT III.
## DE
# AURIBUS.

§. 1. Magnæ aures, *Sangvineo-Cholericos, impatientes, & citò iraſcentes; bonæ tamen intentionis & memoriæ homines notant.*

2. Magnæ & oblongæ aures, absque proportione reliquarum partium corporis, *aſininum, tardum, atq; ſtolidum ſignificant ingenium; longævitatem tamen & curis ſeſe minùs macerantem animum deſignant.*

3. Magnæ & ultra modum arrectæ aures, *fatuitatis atq; ſtolidæ loquacitatis indices ſunt.*

4. Magnæ & deorſum flexæ aures, *divitias mediocres pollicentur.*

5. Magnæ & flaccidæ aures, *valdè ſtolidos ac ſtupidos aſſerunt.*

6. Oblongæ & anguſtæ aures, *invidiæ ac parſimoniæ indicium præbent.*

7. Parvæ

7. Parvæ aures *Simiarum naturam dolo ac malignitate plenam brevemq; vitam indicant.*

8. Valdè parvæ aures *callidum ingenium, ad opera mala invenienda & perficienda idoneum, latrones, luxurioſos, fures, veteratores, & malorum morum homines demonſtrant.*

9. Ex parvis & in longum protenſis auribus *ſtultitiam atq; invidiam judicabis.*

10. Rotundæ nimis ac parvæ aures *indocilitatem atq; intractabilitatem teſtantur.*

11. Rotundæ & parvùm exſculptæ ſeu cavatæ aures *ruditatem deſignant.*

12. Mediocres, quadratæ ſeu moderatæ aures, *optimos mores, ingenium excellens, animum virilem ac fidelem citò autem iraſcibilem, ſi irritetur, oſtenaunt.*

13. Me-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0043-4

13. Mediocres aures ſæpiſſimè *animum elatum indicant, & futurum dominium promittunt.*

14. Aures ſemicirculares & in medio verſus centrum aliquantulum compreſſæ, *naturæ bonitatem præſtant.*

15. Aures ſurſum capiti applicatæ & adjacentes, *hebetes ac ſegnes produnt.*

16. Erectæ ac cartilaginoſæ aures, *ſiccitatis dominium profitentur.*

17. Si inferior aurium pulpa cum carne mandibulæ jungatur, *ſtultitiæ & vanitatis indicium præbet.*

18. Piloſæ aures, *longam vitam & bonum auditum prædicunt.*

19. Pili ſi intra aures plurimi, ſpiſſi ac longi fuerint, *animum libidinoſum indicant.*

20. Rubicundæ aures, præſer-

tim

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0044-0

tim ſi accedat demiſſio oculorum, *verecundiam hominis prædicant.*

21. Subtiles & ſiccæ aures, *magnam inſtabilitatem & omnis boni carentiam portendunt.*

## CAPUT IV.
### DE
## TIMPORIBUS.

§. 1. Timpora valdè tumida, *malè moratos, diſciplinarum tamen quarumlibet ſectatores notant.*

2. Timpora utrinq; cava, adeò ut oſſa maxillarum emineant, *doloſos, truces, & amicorum non tantùm defraudatores, ſed etiam occiſores deſignant.*

3. Timpora nec nimis tumida nec nimis cava, ſed mediocria, *animum veritatis ac juſtitiæ ſtudioſum teſtantur.*

4. Pilo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0045-5

4. Piloſa timpora & quidem rectorum pilorum, *ſeminis copiam & luxuriam oſtendunt.*

5. Timpora aut planè glabra, aut raris iisdemq́; tenuibus pilis obſita; *frigidum, ſterilem ac ſine viribus hominem monſtrant.*

## CAPUT V.
### DE FRONTIS JUDICIO IN GENERE.

§. 1. Magnitudo frontis abſolutè ſpectata, moderata etiam & capiti conſona, *morum & conſtantiæ ſanctimoniam, ut & ſagacis judicij modeſtiam arguit.*

2. Frons ſupra modum magna, *ſocordiam, virtutum negligentiam & vitam ignobilem inani metu ſuperſtitioſam ſignat.*

3. Craſſa & carnoſa (ſcil. quoad tactũ) cum lenitudine frons, *Phlegmatis & materiæ ſpermaticæ multitudinem, iracundiam & cogitandi operandiq́ vim ineptiorem prodit.*

4. Cujus frons debitam longitudinem & latitudinem habuerit, *idoneus ad artes & diſciplinas capeſſendas futurus eſt.*

[NB. Latitudo frontis incipit à Radice Naſi, ( radix Naſi eſt inter ſupercilia ubi terminantur cilia verſus commiſſuram coronalem.) Longitudo eſt per latitudinem corporis à dextrâ parte hirquorum ad ſiniſtram usq;.]

5. Valdè lata frons, *ſtultos, parvæ discretionis & ingenio planè rigidos homines, præſertim ſi alia ſigna huic adſtipulentur, arguit.*

6. Frons longa, lata & alta, in certâ proportione; *bonorum auctionem promittit.*

7. Frons

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0047-6

7. Frons decenter longa ſeu in longum protracta, *optimos ſenſus & docilitatem, vehementiam tamen quandam animi notat.*

8. Quibus Frons longa eſt, *facilè exardeſcunt, etiam leviſſimis fœmellarum nutibus, cujus æſtus tandem ipſos pœnitet.*

9. Frontis patulæ omen etiam tale eſt, ſi illam comparaveris ad alia membra, ut, ſi facies item oblonga ſit, cum mento & naſo tenui, *crudelitatem, æſtuantisq́ iræ hominem exinde ſine dubio judicare poſſis.*

10. Frons quadrata & benè ſignata, *magnanimos, fortes, prudentes, Theologos conſtantes, ingenij acumine pollentes & inimicis facilè condonantes deſcribit.*

11. Frons parva cum ſubtilitate pellis, *ſpiritus ſubtiles & ſagax ingenium deſignat.*

12. Frons

12. Frons parva & anguſta nimis, *inquietudinis, indocilitatis, imperitiæ, voracitatis & morum inquinationis latentiumq́; ſcelerum indicium eſt.*

13. Quibus Frons nimis parva, *proniore æſtuant irâ, & licet vindictæ cupidi ſint, effœminati tamen judicantur: ſunt etiam nugatores maximi & deceptores, etſi ſimulationem quandam ſtudij & benevolentiæ fovent in dictis & factis.*

[NB. Excipiuntur hîc homines jampridem honeſtati ac Deo dediti, qui pietatis & virtutum laborioſâ diligentiâ correxerunt affectuum & pravi animi inertiam.]

14. Frons quando nimis elevatur & in ſuperficie rotundatur, *exceſſum Choleræ ſignificat; tales etenim homines obnoxij ſunt Cholericis paſſionibus & curis non neceſſariis, quique, crapu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0049-1

*crapulæ ſi indulſerint, in furorem & Phreneſin incidunt.*

15. Frontis rotunditas, *ſtoliditatis & impudentiæ ſignum eſt.*

16. Frons multùm elevata in rotundum, ſi capiti aliàs benè reſpondeat; *ſignificat hominem liberalem, tàm ergà notos quàm ignotos, lætum, boni intellectus, & optimis virtutibus præditum.*

17. Rotunditas, quæ longitudini magis favet, *notat iracundulos, libidinantes, arrogantes, ſalsè tecteq́ue, & quaſi ingenij acumine quodam aliorum mores dictaq́ue & facta pungentes: In virginibus & mulieribus ſuperbum ingenium notat, utpote quæ intemperiem Adoleſcentum & procorum irrident.*

18. Immoderatè rotundam frontem habentes, *niſi Phrenetici fiant, rarò placida vident fata, inprimis* ſi cri-

ne

ne denſiore coëant illorum ſupercilia, & nubiloſâ pelle obducant oculos, ſpirentq; feralem torvitatē, *aut in undis infeliciter natantes aut navigantes animam exhalant, ferro trucidantur, aut veneno è medio tolluntur.*

19. Rotunditas latitudini affinis, non nimia neq; excedens, neq; deficiens; *animi manſveti & modeſti, hilaris neq; triſtis, neq; preſſi nimis, neq; ignei aut velocis præbet judicium.*

20. Altâ fronte præditi, *vel pertinaces vel audaces ſunt.*

21. Altitudo frontis, longitudo naſi, & latitudo oris per ſupremum labrum, ſi æqualitatem habeant quantitatis, *ex iis hominis natura benè diſpoſita conjici poterit:* ſin minus; *aliquid monſtri ſub pectore latere, quod natura deformitate & inæqualitate ejusmodi propalavit, judicabis.*

22. Frons

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0051-9

22. Frons plana leniſq́; & continua, ſine rugis; *è maribus, litigioſos*, ſi videlicet in longitudinem creverit; ſi in latitudinem, *aſſentatores & timidiuſculos indicat.*

23. Minùs plana frons, *ſagacitatem non exiguam notat.*

24. Depreſſa, humilis, & quaſi concava frons *non eſt laudabilis; Virum enim effœminatum, fœminam autem intrinſecè malam notat.*

25. Aſpera Frons cum foſſiculis & monticulis, *verſutos, Venereos, improbos, infideles, prodigos & mente nonnunquam captos judicat.*

26. Aſpera & concava in medio frons, *avaros notat.*

27. Caperata frons, præſertim ſi rugæ extendantur in radice Naſi, *cogitabundos, triſtes, ſeveros & Melancholicos innuit.*

28. Nimis

28. Nimis rugoſa frons, *non tantùm facilè iraſcibiles, ſed etiam in irâ & odio pertinaciter perſeverantes arguit.*

29. Rugoſa frons in altum erecta, *admirationis, ſæpiculè etiam ſtultitiæ ſignum eſt.*

30. Qui mediam frontem ſimul cum ſuperciliis contrahunt, *vili lucro intenti ſunt.*

31. Frons rugis rarioribus in longum porrectis, *diligentiores ſignat & acutiores.*

32. Diſtenta in fronte cutis, *remiſſæ vitæ ac vecordiæ judicium eſt.*

33. Erugata frons, *hominem ut plurimùm Phlegmaticum, à curis ſemotum, ſuperbum, Veneri & Baccho addictum prædicat.*

34. Recta, macra, mediocris, i.e. nec lenis nimiùm nec aſpera frons,

*optima eſt, & optimam tàm animi quàm corporis conſtitutionem notat.*

35. Serena ac blanda Frons, *ſerenam mentem, item quietos, & in ſtatione tranquillâ collocatos, modeſtos & compoſitos indicat.*

36. At tranquilla exporrectaq́;, oculis quaſi ſubjecta, ridensq́; frons, *homines doloſos, aſſentatores, palàm benedicentes, clàm detrectantes & famæ proximi detrahentes arguit.*

37. Quibus obnubiloſa & torva Frons eſt, i. e. horribili pelle ſupra oculos conſpicuâ, *audaces, iracundi & terribiles ſunt.*

38. Demiſſa & obſcura Frons *planctui promtos facit.*

39. Habentes curtàm frontem, timpora & maxillas compreſſas amplis mandibulis, *non tantùm ſtrumas ſæpè contrahunt; ſed etiam ſibi ipſis*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0054-5

*ipſis propter avaritiam vitæ neceſſaria detrahunt.*

40. Frons curva eademq; alta & rotunda, *ſtoliditatis & impudentiæ ſignum eſt.*

41. Frons circa timpora inflata, *ſeu* groſſitudinem carnis habens, maxillis itidem carne plenis, *vehementem iracundiam, ſuperbiam & ingenij groſſitiem indicat.*

42. Frons pilis obſita, *beluinæ naturæ & æſtuantis iræ hominem proclamat, rarò felici morte moriturum.*

## CAPUT VI.

### *De*

## Complexionibus ex fronte in genere cognoſcendis.

§. 1. Quibus Frons mediocris, altior tamen, quam reliquis, nullis ru-

gis deformata, niſi ſenio marceant, ſæpè etiam in geminos porrecta monticulos, colore grato floreſcens, *Sangvinei ſunt.*

2. Quicunq; homines longam frontem habent atq; rotundam, citrini coloris, rugisq́; immaturis notatam, *Cholerici audiunt.*

3. Fronte gibboſâ & protuberante, ac caperatâ, obnubilâ ſeu obſcurâ, multisq́; rugis intercis prædi-ti, *ad Melancholiam inclinant.*

4. *Phlegmaticorum quidam* nimis magnam, alboq́; colore damnatam; *Quidam* erugatam, parvam & vix lineis patentem frontem habẽt.

## CAPUT VII.

## DE LINEIS FRONTIUM IN GENERE.

§.1. Li-

§,1. Lineæ magnæ, *magnos & notabiles eventus*, parvæ *parvos & obſcuros notant.*

2. Lineæ continuæ, *fortunam & felicitatem promittunt, ſecundum naturam Planetæ cui ſubjacent*; interciſæ verò & vel cancellis vel circellis notatæ, *adverſitates & pericula minantur.*

3. Lineæ longæ, *præter calidam cõplexionem, etiam in negotiis felicem ſucceſſionem & vehemẽtiam*; breviores, *tàm in corpore, quâm in omnibus operibus frigiditatem & retardationem ſignificant.*

4. Lineæ latæ, *Sangvineos, in converſationibus lætos, nec ſævienti fortunæ ſubjectos; ſed propter veſaniam amoris, vitam ſuam non longè producentes ſignificant.*

5. Lineæ ſubtiles, *frigiditatem*

*cum humiditate in maribus, in fœmellis laſciviã, inertã ac malitiam denotant.*

6. Lineæ parvæ & exiles multæq; *negotiorum multitudinem ſignificant.*

7. Lineæ multæ, *variâ curarum mole preſſos notant.*

8. Lineæ paucæ, *minus negotiorum, plus felicitatis indicant.*

9. Lineæ perſpicuæ & evidentiores, *perſpicuos Planetæ, cujus vicem ſuſtinent, effectus & eventus; cõtrà* obſcuræ, *debiles naturæ vires prædicunt.*

10. Lineæ rectæ & ſimplices, *uniforme ac ſimplex genus caloris; ſicuti & in rebus gerendis conſtantiam & animi rectitudinem ſignant.*

11. Moderatè inflexæ, *affectibus nonnunquam elatos, ſed mox ſedatos dicunt.*

12. Lineæ quomodocunq; intortæ & inflexæ, *aſtutos, doloſos & ſimpliciter malos denotant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0058-6

13. Lineæ obliquæ & extra ordinem ſurſum tendentes, *homines ſtolidos, ſibipſis placẽtes, rerum novarum cupidos, rebus ſecundis fideles, adverſis infideles, ſuſpicaces & ſecretorum revelatores arguunt, quibus ne nimiùm fidas, videto.*

14. Lineæ in ramos expanſæ, *negotiorum diſtractores, vagabundos & mutabilis conſilij homines deſignant.*

## CAPUT VIII.

## DE LINEIS FRONTIUM EARUMQUE SIGNIFICATIONIBUS IN SPECIE.

§. 1. *Quoniam ſuperiora, videlicet cæleſtia ſidera, uti notum eſt, agunt in hæc inferiora, nullum eſt dubium, quin etiam ſigna ſuorum effectuum, ſicuti oculis & manibus, ita etiam in fronte expreſ-*

*expreſſa habeant: utpote in cujus concavitate concurrunt omnes nervi ſenſitivi; verùm etiam obſervatio ante aliquot ſecula teſtatum fecit, lineas in fronte ſingulas ſingulorum Planetarum effectus in homine demonſtraſſe.*

2. Lineæ frontium *ſunt ſculpturæ & cœli naturæq́ literæ, quibus noſtra vel aliorum depingitur fortuna vel infortunium.*

3. Numerus linearum *pro diverſitate frontium non eſt idem; ratione autem Planetarum, quorum effectus in ſe habent, numerantur certæ, certis ſedibus collocatæ, à commiſſurâ coronali uſq; ad radicem naſi.*

4. Prima & ſuprema vocatur Linea Saturni, *quæ ex Rebus ſignificat agriculturam, terræ fructus, fodinas metallicas, theſauros, ædificationes, opificia impura, tenacitatem, hæreditates*

*tes poſt mortem, carcerem &c. Ex Perſonis, Agricolas, Metallorum foſſores, lapicidas, cerdones, figulos, invidos, pertinaces, ſolitarios, inſidiatores.*

5. Subſequens linea Jovi *adſcribitur, quæ ſignificat ex Rebus, dignitates Eccleſiaſticas, Religionem, Regna, juſtitiam, honeſtatem, commendationes, beneficia &c. Ex Perſonis, magnanimos, verecundos, manſvetos, Prælatos, Epiſcopos, Jurisperitos, Judices, Advocatos, Nobiles, Præfectos Provinciarum & Civitatum.*

6. Tertia & mediam frontem occupans Linea, Martis eſt, *quæ ex Rebus, contentiones, rixas, malitiã, Victoriam, fortiter geſta, artem fabrilem, Chymiã, omniaq́ opificia quæ per ignem fiunt, item tyrannidem, violentiam, homicidia &c. talesq́ Perſonas notat.*

7. Quarta & per longitudinem

frontis infima Linea, Veneris *dicitur, quæ ex Rebus, amorem, miſericordiam, affabilitatem, comitatem, urbanitatem, pulchritudinem, donationes amicorum, conjugium, dotem, ornamenta & res pretioſas per conjugium partas, libidines, luxum &c. Ex Perſonis, comptos, ſaltatores, procos, mulieroſos, deliciarum appetentes & conviviorum, Muſicos, Poëtas, Pictores, &c. ſignificat.*

8. Locus inter ſupercilia usque ad radicem naſi, tribuitur Mercurio, cujus linea una vel plures *tempus & qualitem conjugij, contractus, negotiationes, omnes artes, quæ in ingenij contemplatione ſunt occupatæ, ſtudia honeſta, novarum artium inventionem, divinationem, curioſitatem, garrulitatem &c. Ex Perſonis, Philoſophiæ Profeſſores, Medicos, Mathematicos, Scribas,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0062-9

*bas, Cancellarios, Mercatores, Sculptores, omnis generis Artifices, ingenioſos, doloſos, callidos, inſtabiles &c. denotāt.*

9. Lineam ſupra dextri oculi ſupercilium ſibi vendicat Sol, *quæ res maximas, regna, Rempublicam, nobilitatē, Magiſtratus magnanimitatem, fortitudinē, ſplēdorē, & in quovis ſtatu feliciſſimos honores; Ex Perſonis, Reges, Principes, Comites, Magiſtratus, Doctores, Magiſtros, Poëtas, Notarios publicos, & quosvis honorū cupidos deſignat.*

10. Linea ſupra ſiniſtri oculi ſupercilium Lunæ *eſt, quæ ex Rebus ſignificat omnia quæ humore abundant, mare, flumina, ſtudium hiſtoriarum, legationes, navigationes, peregrinationes longas vel parvas. Ex Perſonis, viduam, plebem, nautas, tabellarios, Legatos, Factores, piſcatores, vagabundos & inconſtantes ſignificat.*

# CAPUT IX
## DE
# LINEA SATURNI

§. 1. Linea Saturni reflexuoſa & longa, *peſſimos ſceleratosq́ homines denotat, quorum vultus ſæpè in terram defixus eſt. Talem habentes, moribus ignobiles ſunt,* μισάνθρωποι, *ſolitudinem præ ſocietate, cœlibatum præ conjugio amantes, aliis felicitatem invidentes, calamitatem autem aliorum lætis oculis ſpectantes, tàm in Deum Sacrilegos, quàm in homines injurioſos notat.*

2. Lineam Saturni tortuoſam, nævis vel ſemicirculis obſitam habentes, *raró ad publica rerum transferuntur gubernacula: aut ſi ad honores perveniunt, Rempublicam magis affligunt quàm adjuvant.*

3. Si duæ virgulæ Lineam Saturni,

ni, eâdem in fine bicorni exiſtente, ſecantes, conſpicuæ inventæ fuerint, *Agricolis damna in agris, aliisq́; Patribus familiâs in poſſeſſionibus detrimenta portendunt.*

4. Linea Saturni per totum discontinua, reliquis ſimul lineis disruptis & discontinuis, *hominem multa negotia ſuſcipientem, rarò autem eadem ad perfectionem & optatum finem perducentem notat.*

§. 5. Linea Saturni plana, continua, nec nimis longa nec nimis brevis, *felicem & fortunatum in agriculturâ & opificiis manuariis hominem deſignat.*

6. Linea Saturni impedita, aliquantùm flexuoſa, non divulſa, deſcendens & degenerans in Mercurii lineam, *etſi bona animi confert, bona tamen fortunæ mirabiliter exagitat,*

*nullumq;*

*nullumq́; aut ſaltem perexiguum his hoſpitium præbet.*

7. Linea Saturni continuo tractu in locum Mercurii deſcendens, *divitias ex culturâ artium, belligeratione & conjugio promittit.*

8. Si in tenellâ Infantis fronte notabilis litera aut ſignum quadrati, vel S, vel uncus inverſus, præſertim in loco Martis inventꝰ fuerit, *vitæ ejus timendum erit,* præſertim concavâ fronte in medio.

9. Linea Saturni obſcurior, cæteris lineis non infauſtis, *divites terræ fructus, theſauros, domos & hæreditates Nato pollicetur.*

10. Circelli parvi aut verrucarum inſtar noduli, vel ſupra vel infra vel intra lineam, *præcipitem lapſum & damna minantur.*

CAPUT

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0066-1

# CAPUT X.
## DE
# LINEA JOVIS.

§. 1. Linea Jovis recta & continua, dilucida & perſpicua, Saturninâ lõgior, cui reliquæ partes faciei ſubcandidæ benè reſpondeant; Item ſi oculi ſint aperti & nigricantes, barba criſpa, genæq́; ſubrubentes, *verecundos, Philoſophiæ & Jurisprudentiæ ſtudioſos, manſuetos atq; magnanimos commendat.*

2. Linea Jovis ſubflexuoſa & cõtinua, *prudentiã & divitias promittit.*

3. Linea Jovis planè recta, reliquis etiam in fronte quadratâ rectis, *ingenium laudabile, mores probisſimos & nihil fraudis nihilq; ſimulationis in homine oſtendit.*

4. Linea Jovis in medio incurvata & ſurſum tendens, iterum reflexa, *divitias fraude partas deſignat.*

5. Linea

5. Linea Jovis, ferè in medio inchoata, ſtatim circa Martis finem deflexa & incurvata, ſurſùm tendens, lineis itidem Martis & Veneris inflexis, *peſſimos mores & ſtultitiã indicat.*

6. Linea Jovis longior quam Saturnina & Martis, *divitias & in omnibus rebus, quæ per Jovem ſignificantur, ſucceſſum & fortunam pollicetur.*

7. Linea Jovis unà cum Saturni ſemel diſrupta, *paupertatem, ſecundum certi temporis dimenſionem, ſeu divitias inſtabiles, ingenium tamen ſubtile & acutum denotat.*

8. Linea Jovis, unâ cum lineis Saturni & Veneris, in concavo ſeu medio frontis parùm inflexa, *fortunam lentam & ſimplicem notat.*

9. Linea Jovis aliquoties diſrupta & particulis ſuis inverſum S repræſentans, *damna in divitiis & rebꝰ, quæ per Jovem ſignificantur, portendit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0068-1

10. Lineam Jovis ferè in fine virgula interſecans, *in ſenectute paupertatem ominatur.*

11. Linea Jovis continua, in fine ſursùm vergẽs, benè lõga, *divitias usque ad decrepitã ætatẽ ſtabiles præſagit.*

12. Linea Jovis circello notata, *notabilia aut certò futura damna prædicit.*

13. Linea Jovis fracta & in medio uno apice ſurſum, altero deorsũ vergens, *varios, fallaces, doloſos & elati animi homines prodit.*

14. Linea Jovis in ramos ſursũ & deorsùm diſperſa, *mutabilis conſilij hominem notat.*

## CAPVT XI.
## DE
# LINEA MARTIS.

§. 1 Linea Martis conſpicua, benè colorata, longa atq; continua, nullis

nullis flexuris, Characteribus aut interſectionibus infortunata, *in genere, ſanitatem corporis & longam vitam; pro naturâ autem & ſignificatione Planetæ, Ducibus belli, bombardariis, Chymicis, Chirurgis &c. felicitatē in artibus atq; operibus ſuis promittit.*

2. Linea Martis valdè flexuoſa, *contentiones, rixas, tyrannidem, violentiam, contumelioſos, ſeditioſos, prædones, audaces & inverecundos notat.*

3. Linea Martis circa lineam Jovis deſcendens, rurſus in apice inflexa, lineâ Jovis in medio ſimul diſruptâ exiſtente & lineâ Veneris deficiente, *homicidia & mortem violentam portendit.*

4. Linea Martis cruce manifeſtiſſimè notata ſive ſignata, *ſuſpendium, in quodcunq; anni tempus per dimenſionem inciderit, minatur.*

5. Idem

5. Idem etiam Crux in medio frontis, lineâ Martis abſente, reliquis diſruptis, *ſignificat.*

6. Linea Martis inflexa, ut devergat circa lineam Lunæ, Lineâ Jovis breviſſimâ, Veneris in medio ſigmaticâ, *caſum de alto prædicit.*

7. Linea Martis ut & linea Jovis, inſtar ſigni aquarij flexuoſæ, *ad certum vitæ tempus dimenſæ, periculũ in aquis ſignificant;* ſi autẽ Linea Martis ſola, continuo tractu ſit inflexa, *em per ejꝰmodi pericula metuenda eſſe præſcribit,* cujꝰ certitudinẽ cõfirmat itidem linea Veneris taliter inflexa.

8. Linea uncata ab utraq́; parte in loco Martis, per lineam Veneris tranſiens, reliquis diſruptis, *homicidam arguit.*

9. Idem ſignificat virgula longa & conſpicua, à loco Jovis procedens

dens per Lineam Martis & Veneris, Martis & Veneris lineam attingens.

10. In loco Martis S groſsũ ſtans erectum, lineâ Veneris bifurcatâ, Martis parvâ; Jovis abſente & Saturni ſigmaticâ, *itidem homicidã indicat.*

11. Circellus in aliquo loco lineę Martis, *caſum ſatis periculoſum de alto minatur.*

12. Duæ virgulæ in lineâ Martis exiſtentes, *damna à ferro, rebꝯ ignitis & Martialibus vaticinantur.*

13. Virgula craſſa & perſpicua, multùm protenſa per locum Martis, lineâ ipsâ vix conſpicabili, *vulnera capitis, item læſionem & morſus à Cane vel alio animali notat.*

14. Linea Martis & Saturni utraq; à ſuâ continuitate divulſæ, *læſiones & caſum deſignant.*

15. Linea Martis bifurcata notabili-

tabiliter, *hominem tyrannicum, crudelem, aſperum & doloſum ſignat.*

16 Linea Martis ſolùm integra & cæteris longior, *iraſcibilem potentiam, & in functione ſuâ Martiali benè fortunatum ſignificat.*

17. Furcinula in lineâ Martis, & ſupra oculum aliquem lineola, per lineam Veneris tranſiens, *vulnus in facie portendit.*

## CAPUT XII.
### *DE*
## LINEA VENERIS.

§. 1. Linea Veneris clara, continua & eleganter conſpicua, *pictoriæ, Muſicæ & ſaltatoriæ artis ſtudioſos, felicitatem in Conjugio, præſertim amorem conjugalem, munditiem & rerum tàm honeſtarum quàm pretioſarum amantes denotat.*

2. Linea

2. Linea Veneris in medio parùm inflexa & continua, & Solis nõ divulſa, *pietati addictos, urbanos, mãſuetos, & affabiles, felix item conjugium, & dotem auctiorem prædicit.*

3. Linea Veneris diſrupta per totum vel hinc inde, *infelicitatem in Conjugio futuram, item disſidia & contentiones cum Conjuge ſignat.*

4. Linea Veneris ſurſum & in obliquũ ab unâ parte ſupercilij verſus Martis finem inflexa, *illaudatos & ruſticanos mores depingit.*

5. Idem indicat Linea Veneris tortuoſa, i.e. in medio concava, ſurſùm tendens & ibidẽ rurſus reflexa.

6. Linea Veneris à dextrâ parte verſus ſiniſtram in longitudinẽ flexa & declinans, *turpes notat libidines.*

7. Linea Veneris ad Naſum deflexa, & iterũ aſcendens recurvata, *peſſimos mores demõſtrat.*

8. Ex

8. Ex circellis & parvis verrucis in hac lineâ, *omnis generis libidines flagitioſiſſimas divinamus.*

9. Litera C groſſior vel ejusmodi ſignum inſtar C in loco Veneris, lineâ vel præſente vel abſente, *philtra ominatur.*

10. Stellula in lineâ Veneris, *divitias in conjugio & hæreditates locupletisſimás pollicetur.*

11. Lineæ Veneris ſororiæ & perſpicuę, *adulteriũ;* ſin min⁹ perſpicuę, *inclinationes ſaltem & inordinatas libidines notant.*

## Caput XIII.

## *De*

## Lineis Mercurii.

§. 1. Lineas Mercurij à radice Naſi ad locum Veneris protenſas, *tot iterationes Conjugij, quot lineæ conſpicuæ fuerint, indicare, curioſi quidam*

*Phyſi-*

*Phyſiognomones experientiâ edocti, prætendunt; Verùm, quia contrà aliorum Metopoſcoporum pluriũ Experientia invenit incertitudinem, nobis itidem dubium de his judicium eſto.*

2. Linea Mercurialis, una, recta, & ſimplex in medio Mercurij loco planè apparens, *ingenium rectum & ſimplex, artibus variis & minùs neceſſariis minùs deditum ſignificat.*

3. Lineæ Mercuriales geminæ, nõ interciſæ, ſed rectæ ac profundæ, *hominẽ ſagacem ac facundum notant.*

4. Tres lineæ in loco Mercurij in æquali ferê diſtantiâ à ſe invicem in Literatorum frontibus cõſpectæ, *abſolutisſimarum ſcientiarum Indagatores, repertores & cultores indicant.*

5. Multitudo linearum Mercurij, *multitudinem mendacii & inquietudinis in homine, præſertim in Mulieribus pronunciat.*

6. Diſru-

6. Diſruptio & inconcinna linearũ Mercurij contactio, *loquacitatẽ, obtrectationẽ & dolos præfigurat.*

7. Circelli parvi aut verruculæ in lineis aut loco Mercurij conſpicabiles, *Falſarios ſignant.*

8. Lineæ Mercuriales in altum bicornes, *inconſtantiã in Diſciplinis & artibus addiſcendis innuunt.*

9. Vtrinq; à lineis Mercurij lineæ deorsũ verſus hirquos deflexæ, *candidum & apertum, impatiens autem injuriarum & iniquitatis ingenium deſignant.*

10. Lineæ Mercurij diſcontinuæ & ſeſe invicem ſecantes, *non tantùm garrulos & doloſos, ſed etiam ſimulatores & diſſimulatores, argutijs atque ineptiis ſuis damnum ſibi ipſis conciliantes indicant.*

11. Linea Mercurij, cui virgula

Luna-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0077-1

Lunatica annexa ſurſum vergens, *hominem nunc divitem nunc pauperem, rarò ſibi theſauros acquirentem; ſed rerum ſuarum, arte partarum inſigniter prodigum, Veneri & Baccho easdē conſecrantē, ut & vagabundum teſtatur.*

12. Lineæ duæ ſub loco Mercurij, per radicis Naſi transverſum euntes, *divitias poſt paupertatem extremam, ſervitijs atq; officiis partas, ſed non ſine eximio Dominorū detrimento, ſalacitatē etiam aliquando indicant.*

13. Pili molles & ſubflexuoſi in loco Mercurij ſeu ſupra radicem naſi paululum, *ita* ut non attingant ſupercilia utrinq;, *magnanimitatem & maximæ virtutis animi argumenta ſunt;* ſi autem erecti fuerint, *timiditatem & dolos arguunt.*

CAPVT

# CAPUT XIV.

## DE

# LINEA SOLIS.

§. 1. Quibuscunque ſupra dextrum oculum regia illa ſolaris linea, perſpicua, luculenta, & ſimplex cõſpicitur, ſine ullis interſectionibus, ſemicirculis & tuberculis parvis, *clari, ſplendidi atq; nobilis animi indicium habent, & non rarò, in quocunq; etiam ſtatu quis vixerit, dignitates confert.*

2. In pueritiâ ſtatim, ſi linea hæc, tenuis licet, hominis fronti inſculpta fuerit, *eundem clarum, Principibus & Regibus amicum atq; familiarē futurum prædicit.*

3. Linea Solis diſcontinua & interrupta, maculis & verrucis deformata, *Principum & Magiſtratuum iras in habentem minatur.*

4. Locus Solis benè elevatus, abſente lineâ, *ad dignitatem aſpirantes*; depreſſus verò & quaſi cavus, *humilitati dicatos innuit.*

5. Linea Solis cum lineâ Lunæ conjuncta, *hominem fortunatiſſimum pronunciat.*

## CAPUT XV.
### DE
## LINEA LUNÆ.

§. 1. Linea Lunæ recta & continua, *hominem in ſtudio Hiſtoriarum, peregrinationibus tàm terreſtribus quā navalibus, ut & piſcationibus fortunatum ait.*

2. Linea Lunæ in Virgine ſi reperiatur inviolata, *nuptias ſeu conjugium illi cum nobili & eminenti Perſonâ promittit.*

3. Linea Lunæ diſrupta, exilis & diſcontinua, *parū commodi ex itineribus præſagit.*

4. Cir-

4. Circelli aut verrucæ in lineâ Lunæ, *odium vulgi, ut curſorum, negotiatorum, piſcatorum &c. portẽdunt.*

## CAPUT XVI.

## DE LINEARUM FRONTIS DIMENSIONE AD CERTUM ÆTATIS ANNUM.

§. 1. *Quemadmodum Chiromãtia ex obſervatione Virorum Clariſſimorum multijugâ, certas linearum ſuarũ & longarum & brevium, principalium & minus principalium, à principio ad finem usq́; menſurationes tradit: ita, licet usq́; ad hoc tempus nemo Phyſiognomonum de linearum frontis dimenſione aliquid, quod ſciã, publico ſcripto evulgaverit, ex obſervationibus tamen notabilium eventuum ſeu caſuum, certũ eſt, easdem certas annorum partes ab*

*utero materno ſeu Nativitate, usq; ad extremitatẽ vitæ hominis, ex quibus de fortunâ aut infortunio temporis judicatur, in ſe continere: maximè autem in Lineâ Martis, quæ vitæ longitudinis aut brevitatis indicium præbet.*

2. *Initium quatuor linearum, videlicet Saturni, Jovis, Martis & Veneris, ſumitur à parte dextrâ frontis ad ſiniſtram, quarum medietas prima trigeſimum ætatis annum ſignificat; altera pars in quatuor partes diviſa, à trigeſimo usq; ad ſeptuageſimum ſe extendit, cujus medietas quinquageſimus annus eſt; quod extra ſuperciliorum apicem excreſcit, in lucro aut detrimento reſtat.*

3. *Linearum Solis & Lunæ initiũ, capitur ab initio ſuperciliorũ, circa radicem naſi, quarum media pars, ut in præcedentibus, ſemper trigeſimum ætatis annum indicat, & ſic deinceps.*

4. *Lineæ Mercurÿ menſurantur & in latum & in longum: In latum, ſi videl: volueris explorare tempus Conjugii, cujus incertitudo tamen ante hac ſignificata eſt, dimenſio fit ab apice dextri ſupercilii ad apicem ſiniſtri, medietate trigeſimum annum ſignificante; In longum, à radice naſi incipiendo usq; ad lineam Veneris, medietate primâ iterum trigeſimum ætatis annum ſignificante.*

## CAPUT XVII.
## DE
## SUPERCILIIS.

§. 1. Supercilia longa, *arrogantiam, inverecundiam & ferocitatem notant.*

2. Supercilia longa, multorum pilorum, *Virũ res magnas & arduas meditantem ſignificant.*

3. Supercilia adeò longa, ut ſeſe exten-

extendant usq; ad timpora, *deriſorē, ſimulatorem, & ſubſannandi vitio laborantem indicant.*

4. Supercilia in totum demiſſa, i.e. dependentia, *invidos & mordaces depingunt.*

5. Supercilia circa radicem naſi deſcendentia & circa tempora ſursū elevata, *naturæ caliditatem maximam inverecundiam inſatiabilitatem & hominem porcis ſimilem denotant.*

6. Supercilia planè dependentia, vel oculis imminentia, *ingenioſum quidem; ſed in artibus cognitis invidum ſignificant.*

7. Supercilia multorum pilorū, *multas cogitationes, triſtitiam & loquelam plenam ac craſſam innuunt.*

8. Valdè denſa, ſcilicet pilis, ut ne cutis quidem tranſparere queat, & in latum coeuntia ſupercilia, *impios, fures, lenones, deceptores & homicidas notant.*

9. Su-

9. Supercilia rara, & menſuratæ magnitudinis, *æquale temperamẽtum, ſed imbecillitatem in homine ingenioſo & ſecretorũ indagatore ſignificãt.*

10. Supercilia in principio ad hirquos ſeſe incurvantia, *ingenioſum in rebus malis, præſtigiatorem, & joculatorem produnt.*

11. Supercilia arcuatim protenſa per locum timporum ferè usq; ad genas, *negligentem & fatuum ſignificant.*

12. Supercilia arcuata, ita ut conum naſi convenienter attingant, *hominẽ ingenioſum & ſubtilitatis ſtudioſum præfigurant.*

13. Arcuata ſupercilia, quæ frequenter elevantur, *iracundum, ſtomachabundum, glorioſum, audacem, ſuperbum, ſeditioſum & cæde aliorum gaudentem arguunt.*

14. Supercilia planè nuda pilis, *ſæpiculè Veneream luem vel certè ſanguinis intemperiem notant.*

15. Supercilia per rectā lineam coëuntia, *Veneficas & Impoſtores, vix placidâ morte morituros ominantur.*

## CAPVT XVIII.
### DE
## CILIIS SEU PALPEBRIS.

§. 1. Palpebræ ſuperiores oculorum, cooperientes inferiores, *longævos & meditabundos notant.*

2. Veſiculæ palpebrarum ſuperiorum dependentes, *ſomnolentum;* inferiores verò *ebrioſum & effæminatum ſignificant.*

3. Tenues palpebræ, *ſanitatem & piam mentem ſignificant.*

4. Qui groſſiores habent palpebras, *res procul diſtantes videre poſsũt.*

5. Palpe-

5. Palpebra ſuperior, inferiùs detracta, adeò ut album oculi obtegatur, *in morbo acuto, mortis periculũ denunciat.*

6. Palpebræ ſuperiores, ad inferiores declinantes, rubore obductæ, *potatores ſtrenuos ſignificant.*

7. Crebra palpebrarum palpitatio, *meticuloſos & ad Maniam inclinatos ait.*

8. Inferiùs arcuata cilia, *mendacem & callidum ſignificant.*

9. Solida & nigra cilia, *perfectũ & conſtantem animum indicant.*

10. Pili palpebrarum deorſum pendentes, *hominis imprudentis atq; ſalacis argumenta ſunt.*

11. Pili in palpebrâ alterutrâ diverſi coloris, *inconſtantis ac levis animi ex ſe ipſis dant judicium.*

12. Anguli oculorum per palpebras

bras facti, carnoſi & eminentes, *ebrioſitatem*; dilatati, *oculorum ægritudinem ſignant.*

13. Palpebræ ſi breviores ſint, adeò ut vix claudant oculos, *hominē, qui valetudine adhuc bonâ fruitur, ex nimiâ ſiccitate interiturum; ſin adverſâ jam debilitetur, jam jam obiturum notant.*

14. Hirqui valdè carnoſi, rubentes & albuginem oculi ex parte obducentes, in hominibus ruffis, *malitiam, iniquitatē & tyrannidē propalăt.*

15. Anguli oculorū benè commenſurati, *laudabilis ingenii hominem oſtendunt.*

## CAPUT XIX.
### *DE*
# SITU OCULORUM.

§. 1. Oculi valdè prominentes, *aſininum ingenium, duræ cervicis, in-*

*ver-*

*verecundum & loquacem hominem oſtendunt.*

2. Prominentes & tumidi oculi, *doloſum atq; inſidioſum produnt.*

3. Prominentes ſurſum oculi, *Vanitatem in rebus ac ſermone, ferociã ac ingluviem*; deorſum verò, *immites ac implacabiles notant.*

4. Prominentes Sangvinei coloris oculi, *ebrioſos, guloſos, & iracũdos oſtendunt.*

5. Oculi prominentes cæſii, *iniquũ & incompoſitæ mentis Virũ notãt.*

6. Prominentes oculi cum tumidis ſupercilijs, *dementiam dicunt.*

7. Prominentes oculi, ſicci & tamen quaſi radios de ſe ſpargentes, *ſimpliciter mali judicandi ſunt: ſignificãt enim homicidas, patricidas, puericidas & venenorum propinatores.*

8. Concavi & magni oculi, *mã-*

*ſuetos-*

*ſuetos & bovinos*, *aliqualiter tamen malignos notant.*

9. Concavi & parvi oculi, *doloſos, invidos, inſidioſos & proditores, aliquãdo etiam fratricidas*; quod ſi unà ſiccifuerint, *ſacrilegos innuunt.*

10. Concavi, intenti ac in obtutu defixi hærentes oculi, *probos mores*, itidem leniter ſeſe inſtar aquæ in vaſe moventes, *naturã optimam præſertim fidelitatem ſignificant.*

11. Oculi concavi in longum quaſi, ſeu in longitudine vultus poſiti, angulis ab utraque parte latis & carnoſis exiſtentibus, *malitioſos ac planè nequam homines exhibent.*

12. Concavi & fluidi oculi, ſi intenti ſint, *ſubdolos*; ſin minùs, *dementes notant.*

13. Mediocriter poſiti, neq; nimis prominentes, neq; nimis cavi oculi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0090-0

oculi, *magnanimos, fideles, candidos & morum benè diſpoſitorum homines demonſtrant.*

## CAPUT XX.
## *DE*
## OCULORUM QUANTITATE.

§. 1. Oculi valdè grandes *non probantur: pigritiam enim & tarditatem ingenii ſignificant.*

2. Oculi magni & lividi, *inverecundos, inobedientes, ſævos ac invidos notant.*

3. Una pupilla major alterâ, *iniquitatem maximã in homine ſignificat.*

4. Oculi magni & ſupercilia lõga, *cuivis doctrinæ applicabiles, brevis tamen vitæ homines notant.*

5. Juſtæ magnitudinis oculi, *juſtos, ingenioſos, prudentes & laudabilis naturæ homines oſtendunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0091-5

6. Oculi parvi & rotundi, *malitiam ſemper repetentes, nec unquam deſerentes ſignant.*

7. Oculi nimis parvi, *timidos, avaros & libidinoſos;* qui, ſi inſimul inconcinni fuerint, *vitioſam in homine materiã, animiq; intemperiẽ dicunt.*

8. Parvi & concinni oculi, *magnum & divinum lumen in intellectu ſignificant.*

9. Latæ pupillæ, *pravis moribus obnoxios dicunt.*

10. Oculi nec nimis magni nec nimis parvi, ſed mediocres, ad cœleſtem colorem vel nigredinem declinantes, *naturæ bonitatem, penetrabilem intellectum, & fidelitatem in homine præfigurant.*

## CAPUT XXI.
## DE QUALITATE OCULORUM

# & 1. DE ÆQVALITATE ET INÆQVALITATE.

§. 1. Orbes oculorum inæquales, *ſtolidos, iniquos, inſideles & neſarios homines ſignant.*

2. Inæquales pupillæ, earundēque tùm inæquales circumrotationes, tùm diſcolor aſpectus, *tales homines oſtendit, quorum domeſtica bona variis ærumnis à dæmone vexantur.*

3. Inæquales pupillæ, frequenter circumcurrentes, *ſcortatores, cognatorum proditores & veneficia molientes arguunt.*

4. Inæquales, averſæ, & conjunctim ſe moventes pupillæ, *pigritiâ bonum intermittentes, mala conſilia perficientes & animi furore exagitatos omnia pervertentes prædicunt.*

5. Æquales pupillarum orbes,

cum

cum alijs ſignis concinnis, *Juſtitiæ amantes & nemini nocentes, ſed erga quemcunq; officioſos notant.*

## CAPUT XXII.

## DE COLORIBUS OCULORUM.

§. 1. Subnigri oculi, *timiditatē & cicurem naturam ſignificant.*

2. Valdè nigri oculi, *doloſos & callidos; ſed unà timidos denotant.*

3. Cærulei oculi magni, ſtantes & ſplendentes, *optimis moribus præditos, animoſos, profundi intellectus, fideles, officioſos & liberales dicunt.*

4. Oculi cærulei cum multâ humiditate, *doloſos, ſævos atq; avaros oſtendunt.*

5. Cæſii oculi quaſi albicantes, *timiditatem notant.*

Cæſii

6. Cæſii & ſemicrocei oculi, *deceptores & iniquos homines, eorundemq; feros mores præſagiunt.*

7. Cæſii oculi parvinimis, *verſi pelles & illiberales ajunt.*

8. Cæſii oculi ſicciores, *homines injuſtos ſignant.*

9. Cæſii oculi ſubvirides, *robur & vires corporis indicant.*

10. Aquilus oculorum color, qualis in ove con ſpicitur, *ſtolidos & ſimplices homines notat.*

11. Flavi ſeu medij inter nigrum & album oculi, *ingenioſos, animoſos atq; robuſtos deſignant.*

12. Caprinus oculorum color, ſeu ſqualidè flaveſcens, *cernendi claritatis & optimorũ morum indiciũ eſt.*

13. Subrubidi oculi & quaſi ſanguine ſubfuſi, *iracundiam arguunt.*

14. Huic rubedini ſiccitas juncta, *majori iracundiæ adſtipulatur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0095-7

15. Rubri & fluentes, ſeu valdè humidi oculi, *ad compotationes protenſos; non rarò etiam* palpebris rubore ſubfuſis *ad veneficia protenſos dicunt.*

16. Igniti oculi, *inverecundos, & beneficiorum exprobratores arguunt.*

17. Albuginem ſubnigram in oculo habentes, *aut modò honorati aut certò futuri ſunt.*

## CAPUT. XXIII.

### *DE*

## CIRCULIS OCULORUM.

§. 1. Circuli Iridis colorem in aſperis & ſiccis oculis repræſentantes, *ad iram & opera Venerea protēſos, vanitatumq; ſectatores deſignant.*

2. Circuli, Iridis colorem in oculis humidis habentes, *forte, magnanimios, recti conſilii & grati eloquij homines notant.* Circu-

3. Circuli in oculis candidi, *inbecilles & pavidos indicant.*

4. Varij coloris circuli in oculis, *homines fraudulentos teſtantur.*

5. Circulus inferior viridis, ſuperior v. niger, *furem pecuniarũ, injuſtum & cum Mulieribus obſcænè ac turpiter converſantem depingunt.*

6. Circulus unus anguſtus ſubniger, alter igneus ſeu ſangvineus & latus, *Virum prudentem ,. juſtum, & parentes ſupra modum liberos ſuos amantes denotat.*

7. Venulæ ſupra circulos in albo hinc inde diſperſæ; ſangvine plenæ, rubeſcentes, *iracundos & vinoſos dicunt.*

## Capvt. XXIV.

## DE OCULORUM MACULIS GUTTULIS SEU GRANULIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0097-8

§. 1. Oculi maculoſi, præſertim maculas perſpicuè albicantes, nigricantes, vel ſangvineas circumquaq; in circulis habentes, *hominē peſſimi ingenij, verboſum, ad perditiones & homicidia inclinatum oſtēdunt.*

2. Maculoſi oculi parvi, *quæſtuoſos, omnia lucri causâ agentes, adulatores, & timidos deſignant.*

§. 3. Grana æqualia in fulvis oculis, *morum agreſtium, injuriarum, & adulterij notæ ſunt.*

4. Guttulæ ſanguineæ in nigris oculis, *venenorum propinatores & ſicarios arguunt.*

5. Maculæ pallidæ in nigris oculis, *ut mangones, ita deceptores & Inſidiatores notant.*

6. Calculi cærulei & flavi, æqualiter circa pupillam viſi, *furtivum ingenium oſtendunt.*

7. Calculi ignei ſubalbicantes, & quaſi ſubnigro colore miſti, *taciturnos, prudentes, juſtos ac bonæ indolis homines depingunt.*

8. Calculi pallidi, igneis admiſti, & ſimul cæſii, in oculis magnis micantibus, igneis & latè patentib9, *crudele & rapaciſſimum ingenium ſignificant.*

9. Grana quadrangularia, inſtar ignis ſublucentia, unà cum alijs pallidis, hiſcè igneis permiſta circulis, cæſiis pupillam ambientibus, *hominem ſævum & humano ſangvine inexplebilem ſignant.*

## CAPVT. XXV.
### DE
# STATU ET MOTU OCULORUM.

§. 1. Stantes & humidi oculi, *pavidos & miſericordes notant.*

2. Stantes & ſicci oculi, *ſtolidum & perturbatæ mentis hominem præfigurant.*

3. Stantes & pallidi oculi, *bardos & ſtupidos produnt.*

4. Cuicunq; homini ſtantes, cæſii & obſcuri oculi fuerint, *cum illo amicitiã arctam colere, aut illũ itineris comitem ſibi adjungere non conſultum eſt; doloſus enim & extremæ calamitati contra ſocium invigilans eſt.*

5. Stantes & in alium intuitu infixi oculi, quorum ſupercilia elevãtur, *decipiendi deſiderium, prava conſilia & iracundiam vaticinantur.*

6. Subintuentes oculi, *malevolentiæ & amoris ferventiæ, intenti tamen in res ſuas ingenii, præſertim in hominibus moroſis ſigna ſunt.*

Stan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0100-2

7. Stantes magni, & ſubruffi oculi, *ingluviei & ſalacitatis teſtes ſunt.*

8. Tales infra ſpectantes, *injuſtitiæ & impudentiæ argumentũ præbẽt.*

9. Stantes parvi oculi, fronte ſimul & ſupercilijs contractis, *avaritiæ deditos, quoquo modo quodvis lucellum aucupantes denotant.*

10. Stantes parvi oculi fronte exporrectâ & palpebris ſæpè ſe moventibus, *Virum amabilem, diſciplinarum addiſcendarum curioſum, & cuivis ſcientiæ ſe applicantem deſignant.*

11. Oculi frequenter ſe moventes, *profundi ac ſani intellectus homines depingunt.*

12. Oculi ſe movẽtes & quaſi turbati, *ſuſpicioſum & fidei expertem hominem, oſtentatorem magis, quàm effectorem rerum ſuarum deſcribunt.*

13. Oculi parvi cum palpebris,

velo-

velociter & frequenter ſe moventes, *peſſimum ingenium arguunt.*

14. Oculi palpebris immotis, ſe ſolùm moventes, *confidentes & in rebus arduis audaciſſimos ſignant.*

15. Circumcirca ſe moventes & obſcuri oculi, *ganeones & libidinoſos ad vaſaniam usq; dicunt.*

16. Oculi cum tarditate ſe moventes, *tardos, inertes & iracundos demonſtrant.*

17. Mediocriter ſeſe moventes oculi, *naturæ bonitatem & affectuum mediocritatem in homine ſignificant.*

18. Vibrantes oculi *doloſos*; quaſi itidẽ magni fuerint, *libidinoſos dicũt.*

19. Vibrantes, quaſi ſalientes, ſplendidi & lucidi oculi, *ingentem ſpiritum & excelſam maximorum operum facultatem, animæ effectricem ſignificant: ad iracundiam tamen celeres,*

*res, gloriabundos & Epilepſiæ vicinos deſignant.*

20. Vibrantes atq; tumentes oculi, *homines ingluviē amantes, & Inſtrumentis Muſicis gaudentes denotant.*

21. Vibrantes & turbidi oculi, *perfidiæ, injuſtitiæ & extremæ audaciæ indices ſunt.*

22. Oculi ſeſe frequenter claudentes & humidi, juſtæ magnitudinis & ſplendentes, *optimi conſilij, profundi & amabilis ingenij, ut & verecundiæ ſigna ſunt.*

23. Claudentes ſeſe, ſicci ac turbidi oculi, *temerarios ac malignos homines notant.*

24. Oculi frequenter ſeſe aperientes, & aperti ſtantes, *animi conceptum unicuiq; rei intentum dicunt.*

25. Aperti ſemper humidi oculi, obſcuri, cum miti aliâs atq; amabili

aſpectu, *probi ac in rebus ſuis accuratisſimi hominis indicium habent.*

26. Aperti, ſicci & relucentes oculi, *inverecundiam deſignant.*

27. Apertis oculis quaſi dormientes, *timidos inſtar leporũ monſtrant.*

28. Claudentes & aperientes ſeſe per vices oculi humidi; *prudentes, & artium tam inventores quã excultores ſignificant.*

29. Tales ſicci, *Inſidioſos & deceptores notant.*

30. Tales iterum pallidi ac trementes, *ingenij ac mentis à rectæ rationis tramite aberrationem ſignificant.*

31, Nictantes & palpebrizantes oculi, *imbecillitatem corporis & timiditatem animi teſtantur.*

## CAPVT XXVI.

## *DE* OCULORUM SPLENDORE ET OBSCURITATE.

§. 1. Lucidi oculi, *optimos mores, prudentiam & ingenium præclarũ in quovis homine, præſertim in milite, diſciplinâ militari præcellentẽ, & maximâ vigilantiâ atq; induſtriâ ad ſummos honores conſcendentem notant.*

2. Oculi inſtar marmoris ſplendentes & caprini, *ſtoliditatem præfigurant.*

3. Oculi gemmarum inſtar magnum lumen habẽtes, *hominem furtis ſe oblectantem notant.*

4. Oculi fulgentes, concinni & prægrandes, rotunditatem declinãtes, *nobiliſſimæ naturæ & nobilis animi indices ſunt.*

5. Oculi ſplendentes cæſii vel ſanguinei, *fervorem in negotÿs & audaciam quandam ſignificant.*

6. Splendentes nigri oculi, *aſtutos & malignos homines produnt.*

7. Splendentes, nigri & ſubrubentes oculi, *ad omnis generis turpitudines proclives faciunt.*

8. Splendentes & torvè videntes oculi, *in actionibus præproperè procedentes, furioſos & nequisſimos homines ſignant.*

9. Splendentes, concavi & parvi oculi, *propoſita ſua diſſimulantes, inſidiantes, omnia cupientes, & crudeles notant.*

10. *Splendidi oculi inſtar gallorum & corvorum, *luxuriam & laſciviam tàm in maribus quàm in fœminis demonſtrant.*

11. Tenebricoſi & ſicci oculi, *Imprudentes, ſuperbos & invidos arguunt.*

12. Tenebricoſi & parvi oculi, *multiplicis animi homines, malorū artifices, & in omnibus rebus mutabiles demonſtrant.*

13. Cali-

13. Caliginoſi & ſqualidi oculi, *intẽperantes & doloſos; qui ſi unà fuerint ſublividi & cadaveroſi, ſicarios, & ad omnis generis facinora, cædes præſertim protenſos dicunt.*

14. Truces atq; minaces oculi, *truculentum atq; immane ingenium ſignificant.*

15. Oculi obſcuri, humidi & juſtæ magnitudinis, *conſtantem, diſciplinis habilem, verecundum ac parcum hominem denotant.*

16. Inæqualiter colorati & affecti oculi, *meticuloſum hominem oſtendunt.*

## CAPVT XXVII.
## *DE*
## NASO ET NARIBUS.

§. 1. Magnitudo Naſi quoad reliquas faciei partes benè proportio-

nata, uti parvitate *melior eſt ſemper, ita etiam Viri probi, citò autem iraſcibilis indicium eſt.*

2. Naſus ad os usq; porrectus, cum decenti amplitudine; *probum, liberalem, conſtantem, & minùs timidum ſignificat.*

3. Valdè magnus Naſus, *naſutũ faciens, hominem aculeati ingenij ac invidi, opera ſua propria admirantem, aliena autem irridentem; Verbo: nimis acriter de aliis judicantem atque irriſorem notat.*

4. Naſus rectus, *ſatis probum*; obliquus *animi obliquitatem & futuram corporis ægritudinem pronunciat, fortasſis etiam læſionem in aliquâ parte corporis.*

5. Naſus faciei non benè adproportionatus, *peſſimos mores, & inſignem clancularium malitiam in effœminatis oſtendit.*

6. Benè autem & rectè diſpoſitus, *à pueritia ſtatim probum, fortem ac conſtantem deſignat.*

7. Naſus nimis parvus ac brevis, *conſilii mutabilitatem, rapacitatem, laſciviam, imò etiam tergiverſum & furtivum ingenium notat.*

8. Naſus in medio latus, *hominem verboſum & egregium mendacem dpingit.*

9. Nimis craſſus Naſus *impudentiæ ſignum eſt.*

10. Naſus in extremo groſſus, *porcinum & indiſciplinabile ingenium, maximè autem Venereos congreſſus appetens deſignat.*

11. Naſi extremum acutum & gracile, *iracundos, inſtabiles, & levis ingenii homines*; quod, ſi unà incurvatum ſit verſus os, *valdè laſcivos denotat.*

12. Naſus mediocriter longus, *bonam naturæ conſtitutionē ſignificat.*

13. Naſus à fronte ad os incurvum ductus, *inverecundos & fures arguit.*

14. Naſus in ſuperiori parte depreſſus, *fœmineam levitatem, animi inbecillitatem & quandoq; ſtultitiam ſignat.*

15. Naſus concavus, cum fronte rotundâ *ſurſum eminente, luxurioſos notat.*

16. Naſus aduncus ſeu Aquilinius, benè aliàs proportionatus, in Sanguineis *magnanimitatem, liberalitatem & bonum ingenium*; In Cholericis *autem iracundiam cum vindictâ conjunctam deſcribit.*

17. Aquilinius Naſus, à fronte ſtatim eminens, *iraſcibiles valdè & impetuoſos depingit.*

18. Naſus Aquilinius, apice ad ſupremum labiũ flexo, *rapaces, prædones & homicidas notat.*

19. Naſus ante frontem valdè incurvus, *impudentiam, furacitatem & rapacitatem oſtendit.*

20. Ex Naſo acuto, collo longo, & voce acutâ *Cholerici judicantur.*

21. Rotundus Naſus, *magnanimum, ſed jactabundum prædicat.*

22. Simus Naſus, *puſillanimes & inſigniter luxurioſos indicat.*

23. Naſus rubeus & ad modum fragorum tumidus, ſi unà corporis ſtatura brevis ſit cum groſſitie, *ebrioſitatem ſeu vinolentiam ſignat.*

24. Nares patulæ ſi fuerint, *robuſtos, ad iram pronos ac pertinaces notãt.*

25. Nares amplæ, maxillæ carnoſæ, & genæ depiles, *Phlegmaticam cõplexionem aſſerunt.*

26. Narium pars admiſta fronti, *bonæ & honeſtæ compoſitionis*; ſejuncta nec nimis alta nec nimis humilis, deſcendente quadam quaſi lineâ, *Virilitatem, conſtantiam & prudentiam ſignificat.*

27. E Naribus planè obſtructis & peranguſtis *fatuos cognoſcito.*

28. Parvæ Nares, *naturam perverſam*; Minimæ, *ſervilia & furacia ingenia oſtendunt.*

29. Surſum diſtentæ nares, *miſericordes notant.*

30. Nares rectæ, in quibus cartilago non conſpicitur, *malum temperamentum & loquacitatem ſignificant.*

31. Pili narium copioſi & craſſi, *animum obſtinatum; pauci verò & molles, facilem docilemque hominem deſignant.*

CAPUT

# CAPVT XXVIII.

## DE GENIS SEU MAXILLIS.

§. 1. Mandibulæ in ſuperiori parte eminentes & longæ, *in rebus illicitis malitioſos arguunt.*

2. Maxillæ eminentes & curtæ, *minorem quidem malitiam; ſed detrectationem & invidiam notant.*

3. Maxillæ hoc modo temperamentum hominis oſtendunt; videlicet, ſi rubicundæ fuerint, cum admixtâ albedine, mediocriter carnoſæ, *Sangvineos:* ſi macilentæ & tenues, colore fuſco & citrino, *Cholericos:* ſi lividæ cum paucitate carnis, *Melancholicos:* ſi groſſæ, dependentes & flavæ quaſi, *Phlegmaticos indicant.*

4. Buccæ unà cum timporibus inflatæ, *vehementis iracundiæ ſigna ſunt.*

5. Ma-

5. Maxillæ rotundæ & eminentes, *doloſos hominum mores & invidiam indicant.*

6. Oblongæ genæ, *nugaces & vaniloquos dicunt.*

7. Maxillæ groſſæ & carnoſæ, *groſſam naturã & vinolẽtiam teſtãtur.*

8. Maxillæ prolixæ, *importunam loquacitatem ajunt.*

9. Genæ parvæ ita ſituatæ, ut ab oculis quaſi abſciſſæ videantur, *gravantium humorum in corpore plenitudinem ſignificant.*

10. Maxillæ nimium tenues, *malignitatem & furacitatem arguunt.*

11. Piloſæ genæ, (quas Cicero exprobrat Piſoni, dicens; Non piloſæ genæ me deceperunt, nec vultus totus) *tardæ linguæ, ſtupidos, feros & obſcænorum morum homines notant.*

12. Genarum contractiones in triſti

triſti facie, *Melancholiam & cordis triſtitiam*; in rubicundâ & lætâ, *ſtultos & adulteros deſignant.*

13. Genæ benè diſpoſitæ, ſubrubentes, mediocriter carnoſæ, nec nimis breves, *naturam benè diſpoſitam & felix ingenium denotant.*

## CAPUT XXIX.
### DE
## LABIIS.

§. 1. Labia magna ſeu craſſa & groſſa, riſus *facilitatem & ingenij hebetudinem definiunt.*

2. Superius labrum craſſum & ſuper inferius dependens ſeu eminens, *ſuſpenſi ingenii, injurioſum acvariæ fortunæ hominem notat.*

3. Inferius labrũ ſuperiore majus, *ſuſpicioſos, & irriſores; ingenio tamen ſatis acutos oſtendit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0115-4

4. Labra exilia in ore magno, ſuperiore paululùm eminēte,& angulis laxis, *magnanimos & fortes ſignant.*

5. Exilia ſeu ſubtilia labra in ore parvo, *imbecilles, timidos, verſutos & doloſos notant.*

6. Labra ſubtilia & dura circa caninos dentes prominentia, *falsū, indocilem & beluinum ajunt.*

7. Labia ſubtilia laxa, & in extremitatibus conjuncta, *Veridicum & magnanimum referunt.*

8. Labia cum gingivis ſupra dētes præeminentia, *hominem clamosū, maledicum & ad rixas atq; injurias inclinatum monſtrant.*

9. Labium inferius dependens *inertiam notat.*

10. Labium in ferius tumēs, *ſubdolè iracundos & voraces ſine dubio arguit.*

11. Supe-

11. Superius labrum mediocriter prominens, *probum, juſtum ac prudentem deſignat.*

12. Labium inferius nimis prominens, *imprudentiam & ſimplicitatem depingit.*

13. Nimis humida labra & inſimul os humidum, *timiditatẽ & malignitatem oſtendunt.*

14. Labiorum color rubicund9 & benè temperatus, *temperatam cõplexionem & bonam ſanitatem notat.*

15. Labia intrinſecus non rubẽtia, ſeu ſublivida, *ægritudinem præſentem aut citò futuram præſagiunt.*

16. Labium inferius laxum, valdè rubicundum, in fœminâ *maximã libidinem & impudentiam arguit*: in Viris, oculis eorundem etiam riſivis, *ſcortatores & luxurioſos notat.*

17. Labia blanda parumper riden-

dentia, in læto vultu, *quandoq́ libidinoſos, quandoque etiam doloſos & furaces innuunt.*

18. Labia piloſa *itidem luxurioſos notant.*

## CAPVT XXX.

### DE

# ORE.

§. 1. Os magnum & latum, *viriles, bellicoſos & audaces ſignat.*

2. Valdè exſertũ os, labijs craſſis & rotundis, extrinſecus inverſis exiſtentibus, *ſuum more voraces, ſtultos & ad Epilepſiam inclinatos notat.*

3. Os anguſtum & parvum, *pacificum & timidum, infidelem tamen oſtendit.*

4. Parvum os exterius protenſum, *inſidiarum & morum reproborum nota eſt.*

5. Os valdè diſſectum, *ſtolidiſſimi, crudi, immitis, garruli & ingluviei dediti hominis indicium eſt.*

6. Cavum os veluti *diſſectum*, *ſceleroſitatis & intemperantiæ* in Viro; in fœmina *autem deſertionis mariti argumentum præbet.*

7. Quando os in loquendo cōtorquetur, *catharri vitio hominem laborare, aliquoties Experientia edocuit.*

## CAPUT XXXI.

### DE

## DENTIBUS.

§. 1. Dentes continui ſuperiùs vel inferiùs, *bellicoſos quidem; ſed malè moratos oſtendunt.*

2. Magni, firmi & ſpiſſi dentes, *longævos & fortes notant.*

3. Dentes canini, longi, exſerti & firmi, *doloſos, lurcones, iraſcibiles & laſcivos arguunt.*

4. Den-

4. Dentes rari, minuti ac debiles, *vitæ brevitatem & totius corporis debilitatem innuunt.*

5. Groſſi atq; lati Dentes, benè conjuncti & recti, *bonum ingenium indicant*, intus ſive foris declinantes ſimul, *laſcivos denotant.*

6. Longi,acuti & fortes Dentes, *ſuſpicioſos, invidos, infideles ac guloſos exhibent.*

7. Acuti & recti dentes, *valdè iraſcibiles notant.*

8. Dentes alij lati, alij ſpiſſi, alij conjuncti, alij ſejuncti, *homines ſagaces quidem & ingenioſos, invidos tamẽ & facilè in utramq; partem convertibiles oſtendunt.*

9. Dentes rheumate pleni, *vitiũ capitis aut Stomachi, multosq; vitioſos humores exhibent.*

10. Dentes ſicciſſimi, omninò humi-

humiditate privati, in ægroto *mortẽ*; in ſano *futuram citò ægrotationem prædicunt: hôc ipſo enim humidum radicale abſumptum eſſe indicatur.*

# CAPUT. XXXII.
## DE LINGUA.

§. 1. Lingua deorſum converſa balbizans, *Diarrhæam aut præſentem aut futuram, teſte Hippocrate, notat.*

2. Lingua longa & rubea, *laudabilium morum & ſapientiæ indiciũ eſt.*

3. Lingua ſubtilis, ingenium *etiam ſubtile, bilioſam tamen temperaturam, ut & fallaces & inſidioſos denotat.*

4. Lingua alba *miſeriam & paupertatem minatur.*

5. Lingua diverſi coloris, *diſcraſian ſeu malam diſpoſitionem pectoris & ventris oſtendit.*

6. Lin-

6. Lingua longa, groſſa & rotũda adeò ut eâ ipsâ quis naſum abſtergere poſſit, *bovinam & intractabilem naturam in Phlegmaticæ complexionis homine innuit.*

7. Lingua velox, *corruptionem repentinam verborum cauſans, hominem ſtultum & absq; conſideratione res ſuas proferentem deſignat.*

8. Lingua ſi gravis in Juventute fuerit, poſtmodum levis creſcente ætate facta, *ſubitaneam mortem vaticinatur.*

9. Lingua nimis tarda, *pigros quidem; ſed tamen ingenio propterea non privatos exhibet.*

10. Lingua in principio quaſi bifida, *bilingues & inconſtantes homines depingit.*

## CAPVT XXXIII.

## *DE* VOCE ET LOQVELA.

§. 1. Voxgravis & ſonora, *Virtutē bellicam cum Eloquentiâ conjunctam ſignificat.*

2. Vox gravis in principio, in fine acuta, *indignabundos & triſtes denotat.*

3. Voxgravis & mollis, *manſuetos & probis moribꝰ decoratos ſignificat.*

4. Voxgravis & magna, *injurioſos determinat.*

5. Gravis & intenſa vox, *calidos crebrò, fortes & impatiētes proclamat.*

6. Gravis vox, moderata, *magnanimos, fortes, & locutione ſtabiles ſignat.*

7. Acuta vox, *quæ aliàs mulierū eſt, mulieroſorum & libidinoſorum indicium eſt.*

8. Acuta & intenſa vox, *iracundos quidem, ſed imbecilles dicit.*

9. Acuta vox cum clangore,

*ſubli-*

*ſublimia cogitantes, Venereos & pueriles notat.*

10. Acuta & remiſſa vox, *animo timidos præſagit.*

11. Vox depravata & balatui ovium ſimilis, inſimul aſpera, *ſtupidos & voraces arguit.*

12. Vox aſpera & rauca, *luxurioſos notat.*

13. Clara & blanda vox, *jucundos & prudentes ait.*

14. Submiſſa vox, *ſimulatores præ ſe fert.*

15. Debilis ac flebilis vox, *lucri cupidos ac ſuſpicioſos pronunciat.*

16. Vox tremula, *morbo Hypochondriaco & vitio pulmonum laborãtes clamat.*

17. Vox gracilis, *modeſti animi & morum optimorum judicium præbet.*

18. Tarda loquela *cogitantiam & verecundiam exprimit.*

19. Velox loquela, ſed æquabilis, *ingenioſos*; inæquabilis, modò velox modò tarda, *mendaces & omnis conſilij expertes prodit.*

20. Stabilis loquela, *magno animo Viros effert.*

21. Acuta & debilis loquela, *timoris, ſegnitiei & invidiæ indiciũ eſt.*

22. Loquela per nares, vitio naturæ, nõ caſu vel percuſſione, *mendaces ac improbos indicat.*

23. Modeſta loquela, *modeſtos quidem, ſed ſubplantatores decantat.*

## CAPVT XXXIV.

### *DE*

# RISU

§. 1. Riſus ferè perpetuus, *inſtabiles, citò credentes, ſecreta revelantes, nonnunquam etiam ſtultos; aliàs purum etiam ſanguinem in homine demonſtrat.*

Buh-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0125-0

2. Buccæ riſibiles cum riſibilibus oculis, *malitioſos, libidinoſos & vinolentos dicunt.*

3. Riſus altus cum tuſſi, *inverecundos, calumniatores & ad utramq; partem convertibiles notat.*

4. Riſus exiguus, *modeſtos, benignos, in rebus ſuis ſollicitos, cum omnibus benè convenientes, ſagaces & laborioſos deſignat.*

## CAPUT XXXV.
## DE ANHELITU ET SUSPIRIIS.

§. 1. Fortis & velox anhelitus in corpore gracili, *Cholericos indicat.*

2. Parvus & tardus anhelitus, *frigidam complexionem & timiditatem pronunciat.*

3. Anhe-

3. Anhelitus conſtans & æqua-lis, *fortes & animoſos exhibet.*

4. Anhelitꝰ qualis eſt curſu vehementi defatigatorum, *vitium pulmonum & conſilij carentiam cum malignitate denotat.*

5. Altus & gravis anhelitus, *pavidos ac mœſtos ſignat.*

6. Suſpiria vel amoris *vel angoris indicia ſunt.*

## CAPUT XXXVI.
### *DE*
## BARBA.

§. 1. Judicium de barbâ idem eſt quod de capillis, tanquam excrementoſâ materiâ, maximè quoad colorem: *ſi enim color barbæ cum colore capillorum correſpondeat, firmius judicium de naturâ & ingenio hominis ferri poterit: ſin minùs; contrà.*

2. Barba naturà prolixa, benè colorata, minus criſpa, *manſueti & boni tàm ingenii quàm conſilii hominem notat.*

3. Barba nimis criſpa, præſertim ruffa, *calidæ & ſiccæ complexionis, & maximæ iracundiæ cum malitiâ cõjunctæ indicium præbet.*

4. Color barbæ ſi diverſus ſit à colore capillorum, *non tantùm hominem de malitiâ ſuâ, quam aliàs capilli deſignaverant, aliquid remittentem; ſed etiam temperatæ naturæ, in conſilijs verò ſatis mutabilẽ, pronunciat.*

5. Myſtax pilorum groſſorum ac multorum, *animoſos & ad iram faciles notat.*

6. Myſtax habens raros pilos, inferiori barbâ ſatis prolixâ, *ingenioſos & callidos, doloſos tamen, ſimulatores & diſſimulatores ſignat.*

7. Virum

7. Virum naturà imberbem, *frigidæ complexionis, mulieroſum, moribus doloſis præditũ, & ad Veneris prælia impotentem dicito.*

8. Barbata mulier, calidæ *complexionis, fortis naturæ, virilis animi, propter nimiam copiam naturalis potentiæ libidinoſa, malitioſa, & uno vix contenta marito eſt: contrà*, imberbis mulier *mitior & verecundior eſt.*

## Capvt. XXXVII.

### *DE* MENTO.

§. 1. Mentum prolixius, *minùs iracundum, & minùs perturbatis moribus hominem, loquacem tamen paulò & jactabundum manifeſtat.*

2. Mentum longum & nimis protenſum, *importuna loquentes, ſuſurratores, iracundos & iniquos ait.*

3. Parvum habentes mentum, *ut inſidiatores, invidos, & iræ implacabilis homines caveto.*

4. Mentum rotundum & depile, *muliebres mores in Viro deſignat.*

5. Quadratum mentum, *virilis animi hominem oſtendit.*

6. Acutum mentum, *bellicoſos & fortes prædicat.*

7. Bifidum mentum, ſeu in extremâ parte diviſum, *immodicè Venereos, mendaces & falſiloquos arguit.*

8. Mentum arcuatum, *ſtolidos, ad malitiam pronos, detrectatores & rarò fideles indicat.*

9. *Mentum valdè arcuatum, & acutum, adeò ut cũ apice naſi hemicyclũ formare videatur inſidioſi, ſuſpicacis, ſalacis, rapacis, delicioſi & avari hominis ſignum eſſe exrpeieris: latum verò, parumper malitiam mitigat.*

Menti

10. Menti figura decentis magnitudinis, *hominem candidum & fidelem deſignat.*

## CAPVT. XXXVIII.
## DE
## FACIE.

§. 1. Facies mediocris & pinguiuscula, *hominem veritatis amantem, intelligentem, & ingenio bene diſpoſito ſignificat.*

2. Facies carnoſa & tactu aſpera, *effœminati & demiſſi hominis indicium eſt.*

3. Facies valdè carnoſa & hilaris, *hominem jucundum, vividum & Jovialem; ſed ſimulatorem notat.*

4. Carnoſa & valdè longa facies, malè proportionata, malè *ſenſibus utentem, & injurioſum deſignat.*

5. Macilenta facies, *circumſpectum in operibus ſuis hominem, ſubtilem & laborioſum demonſtrat.*

6. Mediocris,neq;carnoſa neq; macilenta nimis facies, *intelligentẽ, & res ſuas ſine tædio tractantẽ aſſerit.*

7. Valdè magna facies, *ignævos, ſtolidos & tardos;* Valdè parva, *puſillanimes, callidos, adulatores, & illiberales notat.*

8. Parva & crocea facies, *Deceptorem & vitioſum hominem arguit.*

9. Oſſoſa valdè facies, *laborioſos & curioſos indicat.*

10. Facies rotunda, *iracundi ſignum eſt.*

11. Plana facies, *litigioſos, invidos & immundos pronunciat.*

12. Rugoſa, glabra & macra facies, *Melancholiæ, & ingentis triſtitiæ argumentum eſt.*

CAPUT

# Caput XXXIX.

## *DE* COLLO ET EJUS PARTIBUS.

§. 1. Collum longum & gracile, *garrulos, ſuperbos, & malorum morum homines notat.*

2. Breve collum, *aſtutos, edaces & detrectatores ſignat.*

3. Mediocre, nec nimis longum nec nimis breve, *moderati animi homines, & ad ſcientias addiſcendas idoneos deſcribit.*

4. Pingue collum, *ſtolidos, iracundos, indiſciplinabiles, immodeſtos & impudentes denotat.*

5. Pingue & aſperum collum, *bonam quidem habitudinem; ſed pavorem ſignat.*

6. Craſſum collũ quoad oſſa & nervos, *animo fortes oſtendit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0133-4

7. Collum durum, *rudes & indociles deſignat.*

8. Molle collum, *dociles, ſed parùm ignavos aſſerit.*

9. Collum firmum & immobile, *voraces, pertinaces & rudes arguit.*

10. Erectum collum, *injurioſi & arrogantis indicium eſt.*

11. Antrorſum inclinatum collum, *parcos, perverſos, & multis curis ijsq; vanis occupatos notat.*

12. Collum ad dextram inclinatum, *Verecundi & optimarum virtutum ſtudioſi argumentum eſt.*

13. Collum ad ſiniſtram inclinatum, *ad impudicitiam & adulterium pronos exhibet.*

14. Collum ab utroq; latere venulis ſangvineis& ijsdem in timporibus valdè conſpicuis & tumentibus *refertum, intrinſecam & ferventem hominis iram patefacit.*

15. Guttur aſperum, *linguæ protervitatem, mentis levitatem & prolem numeroſam præſagit.*

16. Nodus Gutturis proeminēs, *ſapientes quidem & ſublimia meditantes; ſed ſuſpicioſos, in ſe triſtes, & bibaces (ſi Basſiſtis credere fas eſt) oſtendit.*

17. Craſſa cervix, *indomitos & ignavos ſignat.*

18. Aſpera cexvix, *contumelioſos & aſperis moribus homines depingit.*

19. Cervix in collo rotundo vix conſpicua, *tàm animi quàm corporis virtutem demonſtrat.*

20. Piloſa cervix, *uti liberalitatē, fortitudinem atque magnanimitatem in Viro; ita avaritiam & malitiam in Muliere oſtendit.*

# LIBER SECVNDVS

## CAPVT I.

## *DE* HUMERIS.

§. 1. Humeri elevati & acuminati, *peſſimorum hominum mores peſſimos, inſidioſos, infideles & inverecundos indicant.*

2. Humeri graciles & colligati, *ingenioſos deſignant.*

3. Humeri laxi & ſoluti, *infirmitatem & timiditatem notant.*

4. Humeri magni, ſpatulis amplè patentibus & diſtantibus, *ad Philoſophiam aptisſimos, & pugiles fortisſimos depingunt.*

5. Humeri robuſti, *robuſtos ſeu validos corpore notant.*

6. Pingues humeri, *illaudabilis & ſtupidi hominis argumentũ præbẽt.*

7. Humeri piloſi, *altas cogitationes; ſed fruſtraneas innuunt.*

## CAPVT II.
### DE
# BRACHIIS.

§. 1. Brachia benè articulata & robuſta, *optimos & animo fortes Viros;* exilia, *imbecillis naturæ homines ſignant.*

2. Brachia macra, multas perſpicuas venas habentia, *ſanguinis aduſti copiam & luxuriam denotant.*

3. Brachia valdè carnoſa & oſſiculata, in Mare *robur quidem; ſed indocilitatem;* In muliere autem *aſtutiam denotant.*

4. Brachia adeò longa ut digitis extremis, ſtans erectus, genua attingere poſſit, *animi ſublimitatẽ, arrogan-*

*gantiam & regnandi cupiditatem, cum liberalitate tamẽ & probitate conjunctam ſignificant.*

5. Brachia ſi nimis brevia fuerint, *frigidæ & ſiccæ complexionis, malevolentiæ, invidiæ & diſcordiæ*, præſertim ſi in Maritâ conſpiciantur, *indicium præbent.*

## CAPUT III.

### *DE*

## MANIBUS ET QUIDEM DE MANUS LEGITIMA PROPORTIONE.

§. 1. Manus, *admirandum illud Creatoris opus & verum Aſtrologiæ ſpeculum, uti cum ſuis partibus de toto homine fert judicium; ita non minùs ſui, quàm totiùs corporis ſtaturam à ſummitate capitis usq; ad imum calcis, in cer-*

*in certâ proportione & menſuratione habet, ſecundum quam, ſi alicujus manum, rectè, vel ferè diſpoſitam inveneris atq; aſpexeris, longè accuratius quà aliàs de illius naturâ & varijs accidentibus judicare poteris.*

2. Initium menſurationis *fiat ab extremitate radicis minimi digiti, ſecundum latum, usq; ad extremitatem exteriorē Indicis, unde latitudo manꝰ rectè quæſita; quæ ſi in quatuor diviſà fuerit partes, ab hac lineâ, medij digiti longitudinem habebis.*

3. *Deinde longitudinem manus veram ſi ſcire concupieris, quantitatē unius prædictarum quatuor partium, quinquies à radice manus usq; ad radicem medij digiti, longitudini manus applicato, & exinde iterum longitudinem Indicis à radice mediæ Vitalis usq; ad apicem ſeu acinum digiti, ſatis acuratam colligito.*

*Vera*

4. *Vera longitudo Pollicis, ex quadripartitâ manus latitudine deſumenda eſt: optima autem pollicis proportio, usq; ad radicem manus, beneficio circini exploranda eſt; ità videlicet ſi unũ pedem circini, primæ pollicis juncturæ in extremitate applicueris, alterum verò in extremitatem radicis manus collocaveris, ſemicirculo usq; ad pollicis juncturam facto, cujus medium ferè lineā Vitalem attinget, & proportionem optimam ſine dubio conſtituet.*

5. *Medius digitus quartam partẽ juncturæ, ſuperiorem Indice, habere debet. Annularis tertiâ parte inferior eſt medio digito: Minimi longitudo ſe extendat usq; ad ultimam juncturam præcedentis, unâ quartâ ejusdem juncturæ additâ.*

6. *Reliqua pars à radice manus usq; ad radicem digitorum, uno pede cir-*

*cini, in medium Vitalis, verſus primam juncturam pollicis poſito, altero ad radicem Indicis extenſo & circumducto, circulum facit, qui poſtea beneficio ſcientiæ Mathematicæ in quadratum reſolvi poterit. Accuratiorem dimenſionem curioſiori relinquimus indagatori.*

## CAPVT IV.

## DE SIGNIFICATIONIBUS PARTIUM MANUS.

§. 1. *Exterior pars manus à Chiromantis* dorſum *manꝰ, interior,* concavum *manus dicitur.*

2. Radix, *ſeu initium manus, à brachii ultimâ flexurâ incipit: linea diſtinctiva ſeu reſtricta, brachium à manu diſtinguens*, Raſcetta *dicitur, aliquando circumambiens, aliquando etiã*

*circa*

*circa interiorem manus partem tantùm conſpicua.*

3. *Medium manus,* Ir ſeu concavum *dicitur.*

4. *Apices digitorum,* Acini, *partes inter flexuras* condili, *vocantur.*

5. *Partes manuum elevatæ,* montes ſeu tubercula *appellantur.*

6. *Lineæ articulos digitorum diſtinguentes,* flexuræ, commiſſuræ, ac rimæ *audiunt.*

7. *Prima flexura uniuscujusq; digiti,* radicis digiti *nomen habet.*

8. *Flexuræ in dorſo digitorum elevatæ,* Nodi *pronunciantur.*

9. *Manus latè circa concavum exporrecta,* Palma; *compreſſa,* Pugnus *dicitur.*

# CAPUT V.

## DE SITU ET SIGNIFICATIONE MONTIUM, SEU TUBERCULORUM MANUS.

§. 1. Tubercula ſeu mõtes ſunt ſeptem, *ſecundum numerum Planetarum, quorum effectus in homine indicant.*

2. Ordinem non *ſecundum ſuperioritatem vel inferioritatem ſitus Planetarum; ſed ſecundum ambitum & attingentiam, diſtractionis evitandæ gratiâ ſequimur, à concavo manus initium facientes, & in extremo tuberculo ad Raſcettam verſus, finẽ imponentes.*

3. Primus mõs ſeu primum tuberculum dicatur Marti, *ſitum ſuum habens in concavo manus, ſeu medio* Tri-

*Trianguli, & Martiales cùm perſonas tùm res ſignificat.*

4. Secundus monticul9 ſalutatur Veneris, *cujus ſitus eſt in inferiori parte pollicis usq; ad primam ejusdē juncturam, præ aliis protuberans.*

5. Tertij ſedes intra apicem lineæ Naturalis & radicem primi digiti ſeu Indicis eſt, *& tuberculum ſeu mons Jovis dicitur.*

6. Quartum occupat locum Saturnus, *cujus mons à Menſali usq; ad radicem medij digiti protenſus,* tuberculum Saturni *vocatur.*

7. *Huic ſuccedit* mons Solis, *cujus initium eſt à Menſali iterum usq; ad radicem digiti annularis, à Sole* Solaris dictus.

8. Subſequens tribuitur Mercurio, *faciem ſuam inchoans in Menſali, & finiens in radice Auricularis, qui*

*qui propter effectus Planæte*, Mercurialis dicitur.

9. Mons ultimus atq; infimus, Lunæ ſacer eſt, *initiũ capiens ſub Menſali, à quâ deinde longitudo ejus ſe usq; ad Raſcettam demittit, latitudine tantâ, quanta ab extremitate Auricularis usque ad ſolarem digitum protendi poteſt.*

## CAPUT VI.

### *DE*

## LINEARUM SITU AC NOMINE.

§. 1. *Lineæ in manu quidem ſunt plurimæ; ſed non omnes, præſertim parvæ & principalioribus adhærentes, earundem nomine veniunt; ſed potiùs virgulæ, cornua, furcinulæ & ramusculi dicuntur.*

2. *Lineas quas vocamus in manu,*

*eædem ſunt vel Principales vel minùs principales.*

3. *Principales ſunt quinque, certis ſedibus inſculptæ, vel à ſe invicem diſtantes vel ſe contingentes.*

4. Prima *eſt* Vitalis, *quæ ſic dicitur, quòd ex ipſius quantitate & qualitate, de vitâ hominis fit judicium, habetq́ꝫ initium ſuum ab extremitate mõtis Indicis, &, montem Veneris ambiens, in Raſcettâ terminatur.*

5. Secunda *eſt* Naturalis ſeu Cephalica, *ſic dicta, quòd maximè conſtitutio cerebri & totius corporis habitudo exinde cognoſcatur; ab initio Vitalis incipiens, & in monte Lunæ finem ſuum conſtituens.*

6. Tertia *vocatur* Hepatica, *ab Hepatis forti aut inbecilli conſtitutione ſic dicta, à Vitalis fine ad Naturalem procedens, & cum utrâq́ꝫ Triangulum faciens.*

Quar-

7. Quartam *dicimus* Menſalem, *propterea, quia Menſam quandam intra ſe & Naturalem format, ex quâ de qualitate ac Virtute omnium partium ſeu membrorum corporis cenſura fit, initium ſumens ab extremitate dorſi manus, ſub tuberculo Mercurij, & in Monte Jovis finiens.*

8. Quinta, *inter majores numerata, in radice manus invenitur, eãdem ſemel ambiẽs,* Raſcetta *dicitur, ex quà vel de fortunâ vel infortunio hominis, præſertim quoad opes judicium fit.*

9. *Reliquæ lineæ quia non ſemper in uniuscujusq́ manu reperiuntur, aut ſi reperiuntur, minus principales dicuntur; quæ tamen ſingulæ, etiam ſecundum naturam Planetæ, ad cujus locum tendunt, ſuis ſignificationib9 non ſunt deſtitutæ.*

10. *Una illarũ vocatur* Saturnina, *quæ*

*quæ diverſimodè vel à Raſcettâ vel à Vitali, vel â medio trianguli initium ſumens, in monte Saturni vel circiter terminatur, unde etiam Saturni nomẽ ſortita eſt, aliquando difficulter cognoſcibilis.*

11. Linea Solaris *altera eſt, à Vitali vel circiter ad montem Solis ſeſe extendens, in quorundam tantum manibus cum gaudio reperitur, ita ut uno tractu continua, vel in loco ſeu monte Solis in unam vel duas aut plures lineolas deſinat: alias ut plurimùm, lineolæ locum Solis in longum intercidentes,* lineæ Solis ſeu honoris & Magiſterij vocantur.

12. *Tertiò conſpiciuntur lineæ, quæ à Raſcettâ, verſus Menſalis principium, per montem Lunæ ferè vergunt, quæ* lineæ lacteæ, *ob laſciviam quam in homine deſignant, vocantur: locus autem*

*tem per quem aſcendunt*, Via lactea *nuncupatur.*

13. *Quartò, ſingulare nomen habet linea inter Indicem & Medium exoriens, & inter annularem & auricularē deſinens,* Cingulum Veneris *ſcilicet, cujus ſignificatio paulò poſt patebit.*

14. *Sunt etiam lineæ, quas inter radicem Auricularis & Menſalem, circa dorſum manus, adhuc in extremitate montis Mercurij inventas,* Vxorias ſeu Matrimoniales *vocant, & ex illis de matrimonii cùm tempore & numero, tùm etiam de felicitate vel infelicitate judicant.*

15. *Quidam etiam* de prole hominis futura & ejusdem numero *judicant, ex lineis à radice digiti Mercurialis, verſus primam juncturum in longum euntibus, quas vulgò* Lineas prolificas ſeu prolis, *locum autem illorum,* locum liberorum *vocant.*

16. *Lineæ quæ à latere Principalium vel proximè vel minùs conſpiciuntur, iisdem additæ, propter ſocietatem ſeu adjacentiam, & ſubſidiũ earundem defectus vel corroborationẽ,* Sororiæ *appellantur.*

17. *Linea principalis quælibet in fine diviſa, propter ſimilitudinem* Bifurcata *dicitur.*

18. *Itidem talis in fine in multas virgulas diſperſa,* Ramoſa *nũcupatur.*

## CAPUT VII.
## DE
## TEMPORE, LOCO AC MODO INSPECTIONIS ET JUDICII MANUUM.

§. 1. *Tempus matutinum, jejuno adhuc Stomacho, Vere præſertim, Inſpectioni & judicio manus maximè eſt accomodum.*

2. *Ma-*

2. *Manus ſint benè lotæ, humidiuſculæ magis quàm aridæ, tùm enim lineæ ſunt conſpectiores.*

3. *Ætas, ſexus, Patria, Status, conditio, Exercitium &c. conſiderentur.*

4. Nocte natis, *quoad lineas principales, ſiniſtra magis quã dextra*; Die autẽ natis, *dextra magis quàm ſiniſtra attẽdẽda. De reliquis minꝰ principalibꝰ lineis in utraq; manu idem eſt judiciũ; Vtriusq; autem manus inſpectio adprimè neceſſaria eſt.*

5. *Propter lineas & montes, moderatè explicanda eſt manꝰ, & ſenſim deponenda.*

6. *Locus nec nimis ſit calidus, nec nimis frigidus.*

7. *Manus ne ſint exercitio defatigatæ, aut ex labore nimio calloſæ & aſperæ.*

8. *Attendendus eſt color utriusq; manus, non tantùm in genere; ſed etiã*

*omnium linearum in ſpecie: ex illo enim ut plurimùm de temperamento hominis judicatur.*

*9. Obſervandum eſt diſcrimen inter manus viriles & fœmininas, Mulieres enim ſubtiliores & imperfectiores habent lineas, quàm Viri: propterea etiam majores & latiores quàm naturâ habent, in examine non exigantur, aut de firmitate naturæ dubitetur. Fœmina autem non viriles tantùm manus, ſed etiam lineas fortiter expreſſas habens, Virago, propter virilem partium corporis habitudinem, jure dici poteſt; Contrà, Virum effœminatum aut naturà debilem, molles ac flaccidæ manus, cum lineis ſubtilibus ac pluribus interſectionibus dicunt.*

## CAPUT VIII.
## DE JUDICIO QUANTITATIS MANUUM.

§. 1. Manus decenter magnæ, & reliquis partibus corporis benè adproportionatæ, *hominem conſtantis animi, liberalem, & ab omnibus benè adamatum ſignificant.*

2. Nimis longæ manus & digiti, brevi aliàs corpore, *transgreſſorē, omni nequitiâ plenum, & quandoq; furem denotant.*

3. Manus nimis breves, corporis ſtaturâ longâ exiſtente, *ſagacem ac fortem; ſed cavillatorem ſignant.*

4. Manus ſolidæ, carnoſæ & benè articulatæ, *longævitatē:* cavæ, macræ, & minùs benè articulatæ, *brevitatem vitæ præſagiunt.*

5. Manus curtæ & tenues, *loquacitatem & voracitatem dicunt.*

6. Manus, ſi parùm tantùm intra femora deſinant, *malevolum & diſcordem notant.*

7. Manus longæ & graciles, *tyrannidem exhibent.*

8. Palma ſatis longa, cum digitis benè proportionata, *ingenioſum, & ad varia exercitia idoneū oſtendit.*

9. Palma longa, digiti verò groſſi ac breves, *negligentem & fatuum produnt.*

10. Palma brevis, digitis longis & non acuminatis, *Phlegmaticum omninò & ſordidum hominem depingit.*

11. Notabile eſt, mulieres curtam palmam habentes, *difficultates magnas in partu ſuſtinere*, pede itidē exiſtente brevi; *judicium fortius exhibet.*

12. Digiti proportionaliter magni, *morum honeſtatem & naturæ bonitatem verificant.*

13. Digiti nimis tenues & curti, *ſtultitiam & feritatem notant.*

14. Digi-

14. Digiti erecti, & tàm arctè conjuncti naturaliter, ut aër tranſparere non poſſit per ullam rimulā inter ipſorum interſtitium, *divites futuros, ſed avaros, teſtantur.*

15. Digiti diſperſi, & immoderato ſpatio â ſe invicem diſtantes, *loquacitatem & levitatem aſſerunt.*

16. Digitorum tranſparentia, nodis groſſis, & inter juncturas condylis ſubtilibꝰ, *paupertatē aut præſentem notat, aut futuram vaticinatur.*

17. Digiti benè commenſurati, acinis circa dorſum inflexis, *ſubtilitatem ingenij: præſertim homines ad Architectonicam habiles demonſtrāt.*

18. Digitus minimus, articulum ſupremum Annularis non attingēs, ſed in medio ejus ſubſiſtens, *annon Nothum indicat?*

CAPUT

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0155-5

## CAPUT IX.

## *DE* JUDICIO QUALITATIS MANUUM AC DIGITORUM.

§. 1. Manus tactu molles, temperanter calidæ & humidæ, & benè coloratæ, *Sanguineam complexionem, & optimum intellectum denotant.*

2. Manus contactu aſperæ & calidæ, *Cholericam conſtitutionẽ innuũt.*

3. Manus frigidæ & aſperæ, *Melancholicos ſignant.*

4. Manus frigidæ ac lenes, *Phlegmaticam complexionem indicant.*

5. Manus rubicundæ, cum leni albedine mixtæ, *bonitatem ingenij ſignificant.*

6. Pallidæ nimis, & ad citrinũ colorem declinantes, *Melancholico-Phlegmatico-Cholericos depingunt.*

7. Gla-

7. Glabricies manuum in dorſo, *homines præſumtuoſos, & non adeò bonis moribus præditos exhibet.*

8. Pilorum in dorſo manuum & digitorum paucitas, *animum effœminatum notat.*

9. Dorſum manus piloſum in exceſſu, *inordinatam complexionem, hebetudinem ingenii, & animi inſtabilitatem aſſerit.*

10. Mediocris piloſitas in dorſo manuū, præſertim circa brachia, digitis in primâ & ſecundâ juncturâ piloſis, *bonæ naturæ & complexionis nota eſt.*

## CAPVT X.
### DE
## UNGUIBUS.

§. 1. Ungues decenter longi ac lati, coloris albi cum rubedine temperatâ mixti, ac ſplendidi, *opti-*

*mi ingenij, candoris animi, ac bonæ ſanitatis indicium præbent.*

2. Ungues breves, ſeu anguſti, ſeu lati, *malevolos, diſcordes, avaros ac invidos arguunt.*

3. Ungues oblongi & anguſti, *ſoliditatem corporis, & firmitatem judicij notant.*

4. Ungues inſtar ungulæ aviũ deflexi, *ſeu curvi, impudentiam, ſuperbiam, rapacitatem, & ſummam erga proximum iniquitatem indicant.*

5. Ungues pallidi, ſubluridi, aſperi & quaſi rotundi, *luxurioſos & Venereos homines, aliquando etiam imbecillitati vicinos oſtendunt.*

6. Quibus ungues carne quaſi vel cuticulâ obducti ſunt, *Phlegmatici & hebetis ingenii eſſe dicuntur.*

CAPUT

# CAPUT. XI.
## DE UNGUIUM STIGMATIBUS ET MACULIS.

§. 1. *Modus judicandi ex ſtigmatibus ac maculis Unguium, licet paulò incertus ac diverſius, abſolvitur tamen communiter hiſce quatuor. 1.* Eſt Locꝰ *2.* Color. *3.* Figura. *4.* Tempus.

2. Obſervatio Loci *maximè eſt neceſſaria, in cujus videlicet digiti ungue ſtigmata conſpiciantur, ita nimirū;* ſi in Ungue pollicis inveniātur, *per illa operationes Martiales, Venereæ atq̃ Lunaticæ ſignificantur, ad quas eo tempore natura inclinat, pro diverſitate tamen perſonæ & conditionis: ubi etiam id maximè notandum, quod circa ſignificationem honoris, ſtigmata hujus unguis cum ſtigmatibus unguis digiti ſola-*

 *ris con-*

*ris conveniant; Adde, quod & ſtatus Parentum atq́; propinquorum exinde dignoſcatur.*

3. Ex ſtigmatibus in Ungue digiti Jovis *inventis, res Joviales ſignificantur, nimirum beneficia vel damna, præſertim à Jovialibus aut Eccleſiaſticis perſonis, item favor aut diſgratia.*

4. In Ungue digiti Saturni, *deſignant res domeſticas, & earum vel felicitatem vel infelicitatem, peregrinationes, amicitias vel inimicitias cum Vulgo ſeu infimæ ſortis hominibus; in genere autem omnes actiones & officii expeditiones.*

5. Puncta in digiti Solis ungue *inventa, favorem Nobilium & Magnatum, ſeu cujusvis eminentiæ hominum, item proſperitatem in quibusvis actionibus, honores & quævis felicia, ſignificant.*

6. Ungu-

6. Unguis Mercurialis punctuatus, *hominem rebus Mercurialibus occupari, ut et ſucceſſum in mercimonijs & ſtudiis Philoſophicis deſignat.*

7. Quoad colores, *puncta quadrifariam inveniuntur colorata; ſunt enim.* 1. alba. 2. ſubcrocea. 3. Lurida. 4. nigra.

8. Alba ſtigmata ut plurimùm *aliquid boni ſignificant; ſubcrocea, ægritudines ſui aut aliorum;* lurida, *vehementes capitis dolores & mortem aut propriam aut propinquorum;* Nigra *verò ſunt peſſima, ſanguinis enim aduſtionem, & pravam corporis diſpoſitionem eo tempore quo apparent, indigitant, idq; ratione digitorum, in quorum unguibus reperiuntur.*

9. Stigmata alba in Ungue pollicis, *honores ac favores Principum ſeu Primorum, ſub quorum poteſtate ſumus,*

*ſta-*

*ſtatum felicem Parentum, officia ambientibus promotiones, & in officio conſtitutis, functionum ſucceſſus felices, bonāque valetudinem pollicentur.* In Ungue Digiti Jovis, *beneficia & favorē apud quosvis, lucra, & in re quacunq; hilares progreſſus, bonamq; ſanitatem & incolumitatem ſignificant.* In Ungue Digiti medii, *vel novas operationes, vel operationum in quovis ſtatu felices ſucceſſus, præcipuè in rebus Mechanicis, agriculturâ & itineribus proſperitatem deſignant. In* Ungue digiti Annularis, *optimam hominis conditionem aut eſſe aut futuram, & quò majora atq; magis apparentia fuerint, eò majores etiam dignitates & honores præſagiunt. In* Ungue digiti *Auricularis, Philoſophis & artificibus nova opera & labores indicunt, & in his illos felices habituros eſſe ſucceſſus cum maximo*

*ximo lucro, promittunt. In genere, puncta alba per ungues omnium digitorum diſperſa, hominem multis & variis negotiis occupari, alias nihil certi oſtendunt.*

10. Puncta flava ſeu ſubcrocea in quocunque digito invēta fuerint, *ægritudines, præſertim Cholericis & Melancholicis prædicunt.*

11. Puncta lurida, *mortem aut certè vehementes commotiones propinquorum, tàm præſentium quàm abſentium, prædicunt, maximè in omnibus digitis inventa.*

12. Stigmata nigra in pollicis ungue, *denotant, filiis parētum, ſubditis Magiſtratuum iras, & unicuiq; in quovis etiam ſtatu verſetur, infortunia maxima, morbum hypochondriacum, Vertiginem, hemiplexiam & partium corporis principalium malam affectionem*

*nem*; ad quæ ſi acceſſerint *puncta nigra in Ungue digiti Jovis, eò pejorem affectum ſignificant.* In digito Jovis, *diſgratiam & inimicitias benefactorū & fautorum communium, capitis malam affectionē, & disſidia cum cognatis, amicis, Vicinis, præſertim cum Perſonis Eccleſiaſticis, & iisdem perſecutiones & tentationes præſagiunt.* In digito Saturni, *inimicitias cum hominibus plebejis, & varias altercationes, pericula in itineribus, ſubſtantiæ decrementū, carceres, ægritudines periculoſas, odia opificum, & maxima damna in re domeſticâ Patrifamiliâs vaticinantur.* In digito Annulari, *impedimenta honorum, proceſſus forenſes, diſſidia cum perſonis honoratis, odia Principum & ſuperiorum, diffamationes in officio, & exilia minantur.* In Ungue digiti minimi, *Mercatoribus, Scribis & Philoſophis*

*phis damna non exigua; aliis autem, eorundem iram atq; invidiam minantur.*

13. Figuræ *ſtigmatum multiplices ſunt, eæq; vel majores vel minores, conſpicuæ, vel minus; vel per transverſum vel per longum unguis tendentes.*

14. Puncta alba inſtar virgularũ duo vel tria in longum erecta, & æqualiter ferè à ſe invicem diſtantia, *iter ſeu peregrinationem, aut certè intentionem ad itinera*, inprimis in ungue Saturni inventa, *ſignificant.*

15. Puncta rotunda & alba, inſtar circuli minimi, in Unguibus Veneris, Jovis, Solis aut Mercurii inventa, *perfectionem in ſucceſſu rerum prædicunt; In digito autem Saturni, contrarium notant.*

16. Circulus albus in ungue pollicis inventus, ſatis magnus ac conſpicuus, in cujus medio ſit groſſum & ſub-

nigrum ſeu luridum punctum, *infirmitatem periculoſisſimam ſignificat; ſpem autem convaleſcentiæ promittit.*

17. Semicyclus luridus, ambiens extremitatem Unguium ſingulorum, vel ſaltem pollicis & Jovis, *mortem Parentum, fratrum & propinquorum abſentium, tùm etiam Fautorū præſentium, prædicit.*

18. *Maculas albas per transversū totius Unguis, Sanitatis conſtantiam & laborum perſeverantiam, ut & cujusdam amici adventum prædicere, ferunt.*

19. Duæ virgulæ combinatæ, parvæ & in transverſum ductæ, *ſubtiles cogitationes & operationes cum delectatione,* præſertim in Digito Saturni & Mercurij inventæ, *dicunt.*

20. Foſſæ in transverſum pollicis vel Indicis continuæ, *mortem conſan-*

*ſanguinei, vel certè infirmitatem maximam; In Unguibus Parentum, infirmitates vel mortem liberorum prædicunt.*

21. Conſpicua & profunda puncta, quaſi effoſſa, *Parentibus in Digito Jovis inventa, ſpecialiter morbos liberorum ſignificant.*

22. *Stigmatum menſuratio quoad tempus, fit à radice ſeu lunulâ usq; ad extremitatem Unguis; Quidam in tres partes ſeu tres menſes dividunt, ratione unguium accrementi & decrementi; Alij verò à radice usq; ad medictatem unguis futurum ſcilicet tempo, in medietate & ſuccedente loco præſens, in extremitate verò præteritum tempus conijciunt. Vtriusq; judicium ulteriori indagationi relinquatur.*

23. Fiſſura conſpicua, tendens per latum unguis pollicis vel Annularis, *diſgratiam Principum ac Parentum;*

*tum*; per latum Jovis, *inimicitias*; per latum Medij, *ſubſtantiæ ſeu opum diminutionem*; per latum Auricularis, *Conſilij confuſionem notat.*

## CAPUT. XII.
## *DE*
# POLLICE ET MONTE VENERIS.

§. 1. Pollex verſus digitũ Jovis à latere inflexus, *attentos ad rem & tales ſignat, de quibus proverbium Comici fit veriverbium; Ut ex pumice citiꝰ aquam, quàm ex illis nummum extorqueas.*

2. Pollex ſupra ultimam juncturam latus & craſſus, *ad Venerem pronos arguit.*

3. Pollicis incurvatio ſub ungue nimia, *hominis ſuſpicioſi ac fraudulenti indicium eſt.*

4. Pollex benè diſpoſitus, & ad reliquos digitos rectè proportionatus, in debitâ quantitate, colore vivo & ſubrubente, *temperatam corporis qualitatem, & hominem mulierum amatorẽ, ac mũdiciei ſtudioſum depingit.*

5. Fiſſuræ minimæ atq; inordinatæ quàm plurimæ, ſparſim & impari intervallo à ſe diſtantes, in mõte Veneris, *ſine dubio libidinoſos, & inſuetum Veneris uſum quærentes, ſapientiæ ſtudium quidem affectantes, ſed rarò aliquid perficientes, ad luxum autem quæ ſpectant, ingenioſè excogitantes, deſignant.*

6. Stellulæ in monte Veneris, *facetos, jocoſos & Muſicæ ſtudioſos homines indicant.*

7. Mulier ſignum Solis in mõte Veneris expreſſum habens, *libidinoſa, inſatiabilis, imò præter invidiam, proſtibulum eſt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0169-7

8. Ex numero linearum conſpicuarũ, à radice primæ juncturæ pollicis, verſus Vitalem tendentium, quidam numerum fratrum ac ſororum conjiciunt, & directè quidem tendentes, *Fratres;* obliquiores verò & arcuatas paululum, *Sorores ſignificare contendunt. Nos experientiæ judicium ſuſpenſum relinquemus.*

9. Linea à ſupremo pollicis tuberculo, rectà usq; ad Vitalem devergens, *hominem, in cujus manu conſpecta fuerit, ferro aliquãdo interiturum ſignificat.*

10. Si lineola à primâ pollicis juncturâ, ſecundum lineam Vitæ devolvatur, quæ ſoror Vitalis dici poteſt, *hominem Venereis rebus delectari, & quò magis continua fuerit, ſtabiles divitias indicat.*

11. Quando paulò ante aut poſt

extre-

extremum pollicis articulum, ſub ungue ferè, in dorſo, lineæ parvæ ſe invicem ſcindunt, *divitias & honores præſagiunt.*

12. Multæ lucidæ lineæ ſecundum Indicem ortæ, & initium Vitalis ſecantes, *multas peregrinationes deſignant.*

13. Linea ſeu rima una aut duæ conſpicuæ, valdè impreſſæ, totam primam pollicis juncturam circumambientes, *hominem ſuſpendio interiturum minantur.*

14. Tres vel quatuor lineas in latum, ſub primâ juncturâ pollicis habens, *in Juventute ſtatim divitijs & honoribus cumulabitur*; ſi verò invẽtæ fuerint ſupra hanc juncturam benè conſpicuæ, *provectiori ætate*; ſi ſub ultimâ ſeu supremâ jũcturâ, *in ſenectute divitias promittunt Viris: ſed*

in

*in Mulieribus, fraudulentam naturam arguunt.*

15. CujusNuptæ primam in pollice juncturam tres interſectiones impari intervallo ſecant, *illi percuſſiones à marito ſunt metuendæ.*

16. Cui Mulieri ſubtus ſecundã juncturamPollicis multæ cruces inventæ fuerint, *ea religioſa, pia & marito digna judicari poterit.* Duas autẽ tantum crucis notulas vel plures ramuſculos habens, aliis interſectionibus deficientibus, *litigioſa, infidelis & petulans futura eſt.*

17. Quisquis in primâ juncturâ pollicis habuerit triangulum, *eidem in omnibus rebus proſperitas exſpectãda eſt*; ſin autem in ſecunda, *paupertas & exilium.*

18. Signum Veneris in monte pollicis ſi Vir *habuerit, diſcordias cũ Vxore alet.*

19. Si Character, ſemiquadrato ſimilis, inferiori parte deorſum tendente, & iterum à ſuperiori parte ob ductus, deorſum tendens inveniatur, *combuſtionem minatur.*

20. Circulus in dorſo pollicis verſus Unguem, *ſubmerſionem in aquis prædicit.*

## CAPUT XIII.
## DE
# MONTE ET DIGITO
## JOVIS SEU INDICE.

§. 1. Locus Jovis, cruces ſeu ſcalas perſpicuè apparētes habens, *bonorum & Dignitatum, acceſſiones, præſertim Eccleſiaſticarum incrementa Viris; ſed inſimul etiam ægritudines dicit.*

2. Mulier autem ſi montem Jovis

vis multipliciter conſciſsū habeat, *moroſa, iracunda & ſuſpicioſa habeatur.*

3. Lineæ ſcalares, in fine angulariter unitæ, *maximum infortunium prædicunt.*

4. Stellula quoquo modo in medio tuberculi Jovis ſi apparuerit in Juvene, *ingenium ad omnes diſciplinas habile, & poſt mediam ætatem, honores pro conditione & ſtatu ejus præſagit.*

5. Stellula cum hemicyclo in monte Mulieris, *laſciviam & impuritatem ſignificat.*

6. *Idem notant* tres lineæ, vario modo ſeſe curvantes, & mõtem ſub radice Indicis per latum ſecantes.

7. Triangulus in monte Jovis, vel hæ litteræ B, F, O, *honores & favorem apud Reges, Duces, Magnates, & Nobiles, pollicentur.*

8. Figu-

8. Figura C, in monte Jovis, *dignitatem militarem deſignat.*

9. Stella in dorſo Indicis, *dignitates Eccleſiaſticas promittit.*

10. Idem ſignificat linea ab angulo ſupremo ad radicem Indicis tendens.

11. Idem etiam, tres lineæ in Monte Jovis ſolæ & conſpicuæ ajũt.

12. Mons Jovis ſi planus, glaber ac benè elevatus fuerit, *honeſtatem vitæ & bonitatem naturæ indicat.*

13. Si alicujus Mulieris medium Indicis articulum tres lineæ in longum ſecuerint, apparente itidem in ipſo loco ſtellulâ quadam, *caſtitatis atq; pudoris amantisſimam cenſebis*; interſectæ autem in latum, *contrarium ſignificant.*

14. Qui inverſum Coph Syria-

cum in monte Jovis habuerit, *ab infidelitate amicorum ſibi metuat.*

15. Craticula ſeu ſcala duplex malè diſpoſita, item quadrãgulus in monte Jovis, *damna à Religioſis portendunt.*

16. Parvæ & ſubobſcuræ rimulæ per totum Indicem euntes, minùs interſectæ, *honores ac dignitates à Viris principibus præſagiunt.*

17. Parva quædam linea à Menſali ad Indicis montem aſcendens, *homines maximarum rerum curam agentes notat.*

18. Sectio clara & rubicunda, Indicem à medio ſeparans, *inteſtinorum & virilium imbecillitatem deſignat.*

19. Lineam claram, Indicis juncturam ſecantẽ, capitis vulnus prædicere *ferunt*; *ſic* etiam tres vel plures

res

res lineæ à radice Indicis deſcendentes, *tot etjam vulnera capitis notant.*

20. Quod ſi mulier in extremo Indicis articulo ſeu ſupra ultimam juncturam multas ſectiones habuerit ferè tortuoſas, *illa hæreditates poſt mortem propinquorum largiſſimas adipiscetur*; ſi autem in mediâ juncturâ fuerint, *illam fraudulentam & mendacem eſſe conijcito.*

21. Linea ab Indicis radice verſus pollicem rectà vergens, *matrem ſuffocatricem Infantis notat.*

22. Arcuales lineæ in monte Indicis, *mortem ex Melancholiâ præſagiunt.*

23. In primâ juncturâ lineæ quædam ſurſum, quædam deorſum tendentes, *ex phlegmate mortẽ prædicunt.*

24. Tres lucidæ lineæ ſecundum longitudinem digiti deſcendentes,

quarum media brevis & unà parte obtuſior ſit, easdem clarâ lineâ interſecante, quæ tamen mediam breviuſculam non attingat, *Mulieri prolem copioſam promittit.*

## CAPUT XIV.
## DE MONTE SATURNI ET MEDIO DIGITO.

§. 1. Mons Saturni planus, erugatus, non interſectus, benè elevat9, *hominem ſimplicem, ſedulum, laborioſum, & omnis fraudis inexpertem, eundemq́ prosperitatem in Agriculturâ & rebus Saturninis habiturū oſtendit.*

2. Linea ſeu rimula aliquantulum tortuoſa, à Menſali aſcēdens, & montem Saturni interſecans, *hominem mirificè anxium, ſollicitudinibus intrin-*

*intrinſecis ſe macerantem, & vix divitem futurum deſignat.*

3. Lineæ multæ aſcendentes à Menſali ad radicem Medij, *improbitatem hominis clanculariam notant.*

4. Plures eædem lineæ cũ multis interſectionibus, *vitã laborioſam & in paupertate conſummandam, quãdoq; etiam carceres ſignificant.*

5. Mons Saturni depreſſus in medio, & infelicib9 rimulis obſitus, *infelicitatem in agricultura & rebus Mechanicis notat.*

6. Si in primâ juncturâ medij digiti mulieris crux aut ſtellula conſpecta fuerit, *ſterilem eãdem futuram conjicias.*

7. Mulier in primâ juncturâ Medij quinq; aut ſex lineas conſpicuas ſeorſum demiſſas habens, *meros filios paritura eſt.*

8. Mulier inter Solis & Saturni digitos plures ſectiones habens in longum deſcendentes, *generationi apta & maſculos paritura eſt*, præſertim ſi etiam intra digitum Solis & Mercurij tales lineæ conſpectæ fuerint.

9. Ab Annulari curva quædam ſectio ad montem Medij tendens, *hominem ſtolidum & ſtupidum dicit.*

10. Craſſæ ac parvæ lineæ à radice Medij per illius montem deſcendentes, *vulnera ventris vaticinãtur.*

11. Character Saturni in medio montis ſui exiſtens, *hominem quidem agriculturâ gaudentem, ſed Arthritide laboraturum ſignat.*

12. Scala in tuberculo Saturni, *dolores Renum denotat*

13. Linea quædam pallida à Saturni tuberculo, ſpatium inter Indicem

cem & Medium petens, *Ventris fluxum ſignificat.*

14. Linea obliqua in radice Medij, *mortem ſubitaneam nunciat.*

15. Quadrangularis forma in monte Saturni depreſſo, *carceres minatur.*

## CAPVT XV.
### *DE*
### MONTE SOLIS ET DIGITO ANNULARI.

§. 1. Tuberculum Solis benè elevatum, & coloratum, *hominem nō tantùm honoris cupidum, ſed etiam eundem aſſequentem notat.*

2 Si à radice digiti Solaris ad Menſalem usq; protendantur lineæ minuſculæ, *hominem acris & felicis ingenij, cum ſupercilio quodam eloquentem, & ſi-*

*& dignitatum tàm ſecularium quàm Eccleſiaſticarum capacem notant.*

3. Plurimæ rubicundæ ac tenues lineæ, ſi per montem Solis ducātur, *prudentes decantant.*

4. Lineæ geminatæ, à ſe invicē æqualiter diſtantes in loco Solis, *ſobrietatem, magniloquentiam & honeſtatem ſignificant.*

5. Lineæ Solares ſi non attigerint radicem digiti, ſed inæqualiter locatæ, ad vicinum protenſæ fuerint digitum, *mutationem vitæ ac ſtatùs, hominemq́ difficulter ad honores perventurum, notant.*

6. Lineæ à latere ſive dextro ſive ſiniſtro ſecantes lineas honoris, *impedimenta honorum ſignificant*; ſi fuerint groſſiores ipſis lineis ſolarib9, *mutationem certiſſimam & impedimentum evidens ominantur*; ſi minores &

res & ſubtiliores, nō *tàm grave indicant.* A digito Mercurij lineæ venientes & ſe invicem interſecantes, per Mercuriales, *Philoſophos*, *ſcribas*, *quosvis doctos, mercatores &c. ſi autem à monte Saturni, per Saturninos, & propter paupertatem honores impediri exploratum eſt*; Proinde ſi lineæ ſolares magnitudine, colore & profunditate ſupervenerint interſecantes, *hominem de omnibus ſuis inimicis victoriam deportaturum ſignant.*

7. Mulier ſi multas lineas vel ſupra primam juncturam vel ſupra ſecundam digiti ſolaris habeat, *illam à Marito locupletandam promittunt.*

8. Litera G in monte Solis inventa, *dignitatem apud Principem & Magnates pronunciat.*

9. Litera C vel juſto modo poſita vel inverſa *hominē honoribus proximi ſemper invidentem ſignificat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0183-0

10. Stellula, litera D, vel B, in monte Solis, regales ſeu ſupremos honores prædicunt.

# CAPUT XVI.

## DE MONTE AC DIGITO MERCURII.

§. 1. Mercurij tuberculum decenter elevatum & multis lineis variegatum, *hominem ad omnes linguas & artes, præſertim ad Matheſin & Pöeſin addiſcendas idoneum, ſed nulli religioni acriter addictum, ad mercimonia tamen, aliquando etiam ad mendacia proclivem notat.*

2. Harum linearum quædam ſi fuerint groſſæ & rubicundæ, *homines mendaces, fures, deceptores & omni genere flagitiorum contaminatos dicunt.*

3. Si

3. Si recurva & circularis quædā linea demiſſa ſit ex eodem digito, declivis ad medium digitum, *bonæ ſpei ac indolis hominem futurum notat.*

4. Linea gracilis & picturata, â Mensâ per montem ad Mercurialis digiti radicem è diametro aſſurgens, *liberalitatem ſignat.*

5. Mons Mercurij à verrucis & rugis repurgatus, decenter colorat9, *in Virgine integritatem ſignificat,*

6. Mulier parvas & retortas habens lineas, à ſupremâ juncturâ digiti Mercurialis, inconſtans, *omnibus familiaris & garrula eſt.*

7. M. majuſculum ſuperius ab utrâq; parte extenſum, in primâ junctura Mercurialis inventum, *Rhetoricæ ſtudioſum & arrogantem denotat.*

8. Uncus, cruce in ſuperiori parte no-

te notatus, S groſſum & angulare ſibi adjunctum habens, in ſecundâ juncturâ, inſignem *Concionatorem oſtendit*; quod ſignum ſi fuerit obverſum, *hominem horribilibus ſomniis & variis phantaſmatibus vexari indicat.*

9. In tertiâ juncturâ, ſi ſignũ π græci & majuſculi inventum fuerit, *paupertatis & inediæ indicium non exile foret.*

10. Si tortuoſæ & fluctuum inſtar inventæ fuerint lineæ circa acinos digitorum, ſubmerſionem *ſignificant*: Auricularis pueritiam; Annularis *adoleſcentiam*; medius *mediam ætatem*; Index *ſenectutem*; & Pollex *ætatem decrepitam notant.*

## CAPUT XVII.

## DE MONTE LUNÆ ET BASI TRIANGULARI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0186-6

§. 1. Mons Lunæ benè conſtitutus ac elevatus, multis lineis non interciſus, *felicitatem in itineribus prædicit.*

2. Lineæ diſperſæ à Raſcettâ ad montem Lunæ tendentes, & eundē interſecantes, *mortem extrà Patriam notant.*

3. Lineæ tortuoſæ in latitudine montis Lunæ, inſtar ſigni Aquarij, *ſubmerſionem vel pericula in aquis minantur.*

4. Si ſtatim in Baſi Trianguli invētum fuerit ſignum Solis vel circellus ejusmodi punctuatus, *certò unius oculi, ſi duo, amborum amiſſionem portendit.*

5. Mons Lunæ valdè depreſſus, *homini multa mala vaticinatur in itineribus.*

6. Stellula in monte Lunæ verſus

ſus Baſin Trianguli, ſeu Hepaticā apparens, *hominem nefarium oſtendit.*

7. Duæ lineæ parallelæ, per longum Lunæ montis currentes, & in fine ſe unientes, *mortem ſubitam ex catharro ſuffocativo vel Apoplexiâ portendunt.*

8. Lineæ transverſæ & bifurcatæ in monte manùs, *hominem animo duplici & per fas nefasq́; divitias ſibi acquiſiturum ſignificant.*

9. Lineæ à parte inferiore Percuſſionis ortæ, ſuperiùs tendentes & verſus Menſalem ſe flectentes, *extraneos pollicentur amicos.*

10. Inverſum V majuſculum, cujus cornua ſurſum ſpectent, *Virum famâ & honore indies creſcentem ait.*

11. Figura C in monte Lunæ, *parricidam vel fratricidam Virum; Mulierem autem Veneficam & peſſimi ingenij indicat.*

12. Linea

12. Linea à monte Lunæ deorsũ verſus brachium reflexa tendens, *debitorem & mendacem perpetuum, mutuò ſumentem, ſed non reſtituentem exprimit.*

13. Figuræ Triangulares in mõte manùs repertæ, *inimicos infenſiſſimos notant.*

14. Lineolæ rubræ & conſpicuæ à monte Lunæ ad Menſalem tendentes, quotquot fuerint, *totidem inimicos crudeles indicant.*

## CAPVT XVIII.

### DE

## LOCO MARTIS.

§. 1. Locus Martis benè tumẽs, quod paucis tantùm contingit, *honores in militiâ ſummos pollicetur.*

2. Idem ſtellula apparens, fortiter impreſſa & benè proportiona ſignificat.

3. Locus Martis interciſus vel quadrato notatus, *pericula & offenſiones à Martialibus; militi autem querquerum & infelicem ſucceſſum notat.*

4. Lineola à loco Martis incipiens, per Vitalem tranſiens, & eandẽ fortiter ſcindens, *læſionem ſeu vulnꝰ in aliquâ parte corporis, ſecundum Mẽſalis dimenſionem, præſagit.*

5 Triangulus benè conſtitutus, æquiangulus & æquilaterus, *hominẽ ſanum non tantum corpore; ſed & animo florentem ſignificat.*

6. Inæqualiter autem & è ſubtilibus ac tortuoſis ſeu inæqualibus lineis conſtitutus, punctis, inciſuris & ramuſculis plenus, *malam habitudinem Epatis, Stomachi debilitatem, alvi conſtipationem & alia corporis vitia demonſtrat.*

7. Triangulus in loco Martis con-

conſpicuus & latus, *hominem ſeditioſum, jactabundum, infidelem, audacē, avarum & in irâ planè Martialem dicit.*

## Capvt XIX.

### *DE*

## LINEA VITÆ.

§. 1. Linea Vitalis longa, profunda, cōtinua & benè colorata, absque interſectionibus, punctis ac nævis, *æquale temperamentum caloris naturalis, & fortem conſtitutionem naturæ ſignificat, longamque vitam homini promittit.*

2. Vitalis in unâ parte latior quā in alterâ, *paſſiones animi & iracundiā eo tempore, in quod iſta latitudo incidit, deſignat.*

3. Vitalis longa & gracilis, *Melancholiā & vitæ brevitatem denotat.*

4. Vita-

4. Vitalis longa & diſperſa, *vehementem calorem in homine notans, hominem beſtialiter iracundum ſignificat.*

5. Vitalis in principio verſus angulum ſupremum ſubtilis & benè colorata apparens, *animi bonitatem;* ſi groſſa, *ruditatem, malevolentiam & caloris abundantiam importunam deſcribit.*

6. Vitalis brevis & tumida, *Phlegmatis exceſſum, hominis inſtabilitatem & vitæ brevitatem exhibet.*

7. Vitalis fracta & diſcontinua, ramuſculis tamen ejus versùs mortẽ Pollicis euntibus ac reflexis, *caloris quidem defectum & ſuffocationem vitæque periculum, ſed tamen reſtitutionem annuit.*

8. Vitalis bifurcata in principio, *exceſſum caloris;* versùs pollicem autem

autem ramo ſe vertente, *levitatem ac infidelitatem ſignificat.*

9. Bifurcata in angulo ſupremo, *Virum in rebꝰ ſuis vagabundum notat.*

10. Vitalis interciſa multoties, *adverſam valetudinem & vitæ brevitatem denotat.*

11. Subtilitas Vitalis, arcualiter ad Naturalem tendens, *animi regalis ac ſubtilis intellectûs argumentum eſt.*

12. Valdè groſſa & rubicunda, *hominem ſalacem & inconſtantem ait.*

13. Vitalis diverſimodè colorata, modò pallens, modò lucida, *invidiam, garrulitatem, & philavtiam demonſtrat.*

14. Vitalis valdè rubicunda, ad Reſtrictam tendens, *crudelitatem & tÿrannidem indicat.*

15. Vitalis contorta verſus Naturalem, & rubicundi coloris, *per-*

*verſa*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0193-1

*verſi ingenij hominem, petulantem & luxurioſum deſignat.*

16. Linea Vitæ brevis cum lineis parallelis arcuatis adjacentibus, *brevitatem vitæ & ſubitaneam mortem determinat.*

17. Crux in angulo ſupremo manùs Mulieris, *libidinoſam & pudoris prodigam oſtendit.*

18. Crux in fine Vitalis reperta, *ſemper malum ſignificat, tàm in Viris quam in fœminis*, præſertim ſi conſpecta fuerit in Vitali fœmininæ manus; *fœminam enim extremo ſupplicio puniendam dicit.*

19. Vitalis projiciens ramos directè verſus Trianguli angulos, *notat hominem poſt varia vitæ ac fortunæ diſcrimina, divitias & bona habiturum.*

20. Rami verſus Naturalem aſcen-

cendentes, *divitias ac honores*, ſed verſus Reſtrictam deſcendentes, *paupertatem & defraudationem à ſervis, ac infimæ ſortis hominibus prædicunt.*

21. Lineæ criſpæ & tortuoſæ, principium Vitalis interſecantes, *ſcabie in pueritiâ hominē laboraſſe oſtendunt.*

22. Punctula ſeu granula in lineâ vitæ inventa, *hominem ſalacem ac ſeditioſum*, quæ ſi inordinata fuerint, *mulierum causâ vindicem*; ſi parva & non profunda; *hominem Melancholicum ſignant.*

23. Signū Solis vel circuli punctuati in lineâ vitæ, *unius aut duorū oculorum amiſſionem notat.*

24. In manu Mulieris crux à lineâ Vitæ procedens, & ad Triangulum tendens, *impudicam ac libidinoſam deſcribit*; quod ſi unà tres virgulæ in fine Vitalis conſpectæ fuerint,

ob

*ob ſcelera & ſcortationes ultimo ſupplicio puniendam innuunt*; In Viro *perditionem divitiarum & fortunæ ſignificant.*

25. Crux in principio Vitalis cõſpicua, *honoris amiſſionem*; in fine autem, *bonũ vitæ finẽ ac competentem rerum ſtatum ſignificat.*

26. Ramuli breves verſus Ir ſeu concavum manus euntes, *hominem iracundum*; versùs montem Veneris autem aſcendentes, *perſecutiones notant.*

27. Rami in principio Vitalis per montem Veneris ſurſum tendentes, *divitias promittunt*, qui ſi ab utraq; parte reperiantur, *dignitates inſimul addunt.*

28. Dicunt, per lineas claras ac parvas, initium Vitalis inter ſecantes, *tot etiam liberos ſignificari.*

29. Linea Vitæ ſi circa Raſcettã arcua-

arcualiter ad montem Lunæ inclinaverit, *longævitatem offeret.*

30. Lineæ quædam intra montem Veneris, Raſcettam versùs labẽtes, *bonorum amiſſionem ſignificant.*

31. Vitalis à Naturali notabili ſpatio disjuncta, nullis lineis intercurrentibus, *hominem crudelem & avarum, raro feliciter moriturum denotat.*

32. Vitalis à Naturali disjuncta, lineis parvis interjacentibus, *hominem prodigum ac pauperem futurum ominatur.*

33. Lineæ inter Vitalem à Naturali ſejunctam intervenientes, & inſtar crucis ſe interſecantes, *perſecutiones & odia maxima ab inimicis prædicunt.*

34. Vitalis tortuoſa, versùs mõtem Veneris declinans, *læſionem ab igne ſeu re ignitâ præſagit.*

35. Linea in angulo ſupremo, cum Vitali & Naturali unita, *morſus à ſerpente, vel intoxicationes prædicit.*

36. Linea à Vitali ad Naturalem perſpicuè deſcendens, *lethale vulnꝰ indicat.*

37. Linea quædam Vitali in fine annexa, verſus Reſtrictam in monte pollicis, *hominem ſemper aliquid mali metuentem ſeu maximè timidum ſignificat.*

38. Vitalis in fine bifurcata, *vulnus armis ex longinquo infligendum oſtendit.*

39. Soror Vitalis continua & integra, ſi à principio exordium ſumat & in fine ferè terminetur, etiamſi linea in aliquâ parte fracta ſit, *& vitæ periculum indicet, malũ avertit & vitam redintegrat.*

40 Linea à Vitali per Naturalẽ & Men-

& Menſalem tranſiens usq; ad Medium digitum, *periculoſum homini propter vitia ac delicta commiſſa eventum indicat.*

41. Vitalis in principio longa & tumida, inferiùs exiſtens ſubtilis, *Spurium fortaſſis demonſtrat.*

42. Longæ Vitali brevis adjuncta Naturalis, *hominem jactabundum, naturaliter fatuum, & extra Patriam moriturum ſignificat.*

43. Lineæ ſemicirculares, Vitali ab utraq; parte oppoſitæ, lineam in medio intactam relinquentes, *tremorem atq; percusſionem cordis notant.*

44. Lineæ ejusmodi in fine Vitalis, *oculorum læſiones præſagiunt.*

45. Linea Vitalis cum Naturali & Menſali angulô acutô conjuncta, *hominem vix felici morte moriturum vaticinatur.*

46. Linea Vitæ in principio ſemicircularis verſus Indicem, *paſſiones cordis vehementisſimas notat.*

47. Soror vitalis in concavo exiſtens, ab aliâ lineâ interſecta, *præcipitium oſtendit.*

48. Linea à Vitali verſus Medium aſcendens digitum, groſſa inſtar ſulci, *ſomniorum Interpretem indicat.*

49. Vitalis in fine intercisa in modum crucis, *hominem temperatum & modeſtum ſignificat.*

50. Ramuſculi in fine Vitalis, *in ſenectute paupertatem ominantur.*

51. Linea à Vitali ad Auricularem tendens, *hominem Magnatibus gratum, & mulieris causâ divitem futurum prædicit.*

52. Arcualis linea à Vitali verſus Pollicem tendens, *inimicum quidem infenſisſimum, ſed impotentem Naturæ habiturum dicit.*

53. Vita-

53. Vitalis circa finem tumens, *Cholericum notat.*

54. Vitalis interrupta & reflexa verſus montem Veneris, *infirmitatē lethalem nunciat.*

55. Vitalis conjuncta cum Naturali in principio, ſic ut angulum acutum formet, *hominem artium ſtudioſum, quietum & honeſtum oſtendit.*

56. Linea Vitalis angulo acuto conjuncta ſub monte Medij digiti, *hominem ſubtilis intellectus, providum & eloquentem, ſed ante virilē ætatem moriturum prædicit.*

57. Vitalis multùm inflexa verſus montem Veneris, *longam vitam promittit:* verùm ſi Sororia ſit diviſa, *laſciviam ſignat.*

58. Vitalis tumida ultra angulū ſupremum, *hominem iracundum & ad homicidia inclinatum dicit.*

59. Linea à Vitali aſcendens ad Medium digitum, intransq; juncturam verſus annularem, *Carceres cum mortis periculo indigitat, quod periculum majus eſt*, quando ad Indicem vergit.

60. Linea æqualis à Vitali verſꝰ Indicem tendens, *hominem amicabilem, honeſtum & divitias ſuas augentem ſignificat.*

61. Figuræ quaſi obliquæ, *habitationem extra patriam notant.*

62. Linea tortuoſa verſus montem Veneris inclinata, *infirmitatem cum periculo vitæ nunciat.*

63. Crux in monte Veneris ſuper Vitalem, *ex dignitate Utilitatem prædicit.*

64. Vitalis diſcontinua & verſus Saturninam inclinata, ſecundũ pro-

proportionem diſcontinuationis, *infirmitatem non ſine periculo vitæ oſtendit.*

65. Linea à Vitali ad montem Solis tendens, *honores ac dignitatem apud Principes deſignat.*

66. Ramuſculi ſubtiles circa finem Vitalis, *caloris naturalis defectū, & hominem infidelem ſignificant.*

67. Punctum profundum in Vitali, quovis loco repertum, *mortem violentam, ſecundum dimenſionem lineæ, ſignificat.*

68. Vitalis benê conjuncta & in angulo ſupremo lineis ſe interſecantibus, *ingenij bonitatem, ſed Melancholiam notat.*

69. Linea tortuoſa ſub Vitali circa Raſcettam, *gravem infirmitatē in ſenectute pronunciat.*

70. Linea arcualis à principio

Vitalis aſcendas ad mõtem Pollicis, *malignitatem & infortunium notat.*

71. Crux ſuper Vitalem, cujus rami Vitalem interſecant, *infirmitatem lethalem ſignat*; ſi rami foſſulas interſectione ſuâ fecerint, *præſentiſſimam mortem aſſerunt:* idem crux circa Montem Veneris ſignificat.

72. Lineæ à Pollice venientes, & Vitalem interſecantes, *morbũ vel periculum in aquis præmonſtrant.*

73. Vitalis interrupta, cui linea arcualis adjicitur, vel crux quædam, *recidivum morbum ac ſubitaneã mortem nunciat.*

74. Duæ lineæ verſus montem Veneris â Vitali aſcendentes, *hominem pium, bonæ famæ, & in patriâ moriturum, indicant.*

75. Foſſulæ nigræ aut quadratæ inprincipio Vitalis, *homicidam deſignant.*

76. Duæ lineæ à Raſcettâ protẽ-ſæ, Vitalem ſcindentes, & ad angulũ pollicis tendentes, *hominem frequenter in lucro, ſed cum periculo verſari, ſignificant.*

77. Linea Vitalis ramuſculos inferius ſeſe extendentes habens verſꝰ Reſtrictam, *paupertatem in ſenectute, à ſervis deceptionẽ, & periculoſam mortem notat.*

78. Tres lineæ in fine Vitalis repertæ, *ſemper malum præ ſe ferunt.*

## Caput. XX.

## DE DIMENSIONE LINEÆ VITALIS.

§. 1. *Dimenſio lineæ Vitæ abſolvitur beneficio circini hoc modo; I. uno pede circini in mediâ radice Indicis poſita,*

ſito, alter ad medium radicis digiti Solaris extendatur, quo, peripheriâ per Vitalem ductâ, primum decennium aſſignatur.

2. Primo pede circini, in medio radicis Indicis firmo manente, alter inter Annularē & Auricularem prorogetur, ductu circulari iterùm facto per Vitalem, cujus contactus punctum, ætatis annum vigeſimum notat.

3. Firmo adhuc uno pede circini alter extendatur ad medium radicis Auricularis, abhinc circulo per Vitalem ducto, qui mediam partem lineæ Vitalis, & in illâ trigeſimum ætatis annum aſſignabit.

4. Iterùm pede circini in mediâ radice Indicis firmo, pes alter usq; ad finem radicis Auricularis ſeu contactum Percuſſionis extremum deducatur, & ex illo loco, circulus fiat per Vitalem, cujus

jus contactio in vitali dabit Quadrageſimum annum.

5. Ulterius, adhuc firmato uno pede circini, alter ad Menſalis initium circa manus percusſionem protendatur, & per Vitalem deducatur, cujus contactꝰ in Vitali Quinquageſimum annum exhibebit.

6. Poſteà, ſi Sexageſimum ſcire cupis annum, primò locum à Menſali usq; ad radicem Auricularis ad extra metire, & firmato adhuc primo pede Circini, tertiâ ab hoc ſpatio ademptâ parte, alterum extende, & per Vitalem circulo ducto, in contactu invenies.

7. Hoc ultimum ſpatium rurſus obſervetur, & ab hoc iterum ſublatâ tertiâ parte circini, pes alter per Vitalem ducatur, qui Septuageſimum dabit ætatis annum; & ita conſequenter.

CAPUT

# CAPVT XXI.

## DE LINEA NATURALI SEU CEPHALICA.

§. 1. Linea Naturalis, benè colorata, cum Vitali circa medium montis Indicis juncta, angulum acutum conſtituens, non punctuata, nec ramoſa nec verrucoſa, directè manus medium tranſiens, *vivaces, ingenioſos, tenacis memoriæ, fideles, ac bonis operibus intentos denotat.*

2. Disjuncta autem, *homines obſtinatos, in juventute omnia vili pendentes, & fortè leves ac infideles ſignat.*

3. Lineæ tamen à Naturali ad Vitalem tendentes, & eam cum hac cõjungentes, *malum mitigant, & aliqua-*

*qualem habitudinem atq; amicitiam cordis cum cerebro teſtantur.*

4. Naturalis longa, continua, profunda, & tuberculum Lunæ attingens, *ingenij nobilitatem, fidelitatem, hilaritatem & vitæ longitudinem demonſtrat.*

5. Contrà brevis, concavũ manus non exiens, tumida & profunda, *homines memoriæ debilis, duræ cervicis, animi malevoli & brevis vitæ dicit.*

6. Taliter conſtituta, ſi unà cum Menſali conjungatur, *hominem in juventute ſubitò, & quidem Epilepſiâ vel Apoplexiâ moriturum denotat*; ſi autem nõ planè jungatur, *evaſionem ex periculo oſtendit.*

7. Naturalis longa & valdè ſubtilis, ita ut parum apparens ſit, *frigidam & ſiccam complexionem, cerebri volubilitatem & infidelitatem definit*

8. Na-

8. Naturalis longa ac lata nimis *Choleræ abundantiam, furioſitatem, & propter duritiem corporis, futuram prædicit penuriam*.

9. Naturalis groſſa ac tortuoſa, *hominem animo maligno & ſemper aliquid doloſi cogitantem ſignificat.*

10. Naturalis ſubtilis ac tortuoſa, *hominem quovis genere, tempore ac loco peſſimum ac verſipellem deſignat.*

11. Naturalis verſus Vitalem inflexa, *hominem avarum, infidelem ac timidum notat.*

12. Naturalis hemicicli formam habens, & Lunæ montem excedens recurvata, *quò longiùs exierit, eò longiorem vitam; ſed in ſenectute egeſtatem vaticinatur.*

13. Naturalis tortuoſa & inæqualis, diverſi coloris, *pravitatis animi, nonnunquam etiam furti indicium eſt.*

14. Natu-

14. Naturalis recurvata, ſursùm aſcendens & Menſalem attingens, *adverſam fortunam & notabile aliquod malum prædicit*, quæ ſi unà tortuoſa fuerit, *ſanguinis effuſorem & ſæpè periculis obnoxium ait.*

15. Taliter usq; ad digitum aliquem tẽdens, & ibidem ſe detinens, *impudentem, malitioſum ac ſtultum præfigurat*; ſpecialiter Menſalem tãgens & verſus Medium tendens, *proprij ſanguinis effuſorem & peſſimum hominem deſignat.*

16. Naturalis ad Raſcettam usq; demiſſa, *hominem valdè injurioſum oſtendit.*

17. Naturalis lucidi coloris & æqualis, de quâ lineæ quædam convenientes exeant, *juſtitiæ & bonæ conſcientiæ ſignum præbet.*

18. Naturalis ſubtilis ac pallida, *debi-*

*debilitatem cerebri ac Stomachi ſignificat*, ſub quâ ſi duæ lineæ in transverſum locatæ fuerint, *vulnera ferro infligenda minantur.*

19. Quotquot parvi circuli ſeu nodi conſpicui in Naturali, vel ejusdem lateribus fuerint, *tot homicidia hominem vel commiſiſſe vel commiſſurum conjicies*; quod ſi non clauſi penitus fuerint, *intentionem tantùm ad homicidia indicant.*

20. Puncta craſſa, valdè impreſſa & rubicũda, *hominem inſulſum & iracundum notant*; parva autem, *inordinata, pallida & minùs conſpicua*, *debilitates cerebri frequentes & Vertiginem*, ſi longa, *oculorum dolores notant.*

21. Naturalis tortuoſa & per gyrum quaſi hemicyclum faciẽs, *hominem â quadrupede ſeu ferâ quavis interemptum iri pronunciat.*

22. Naturalis tortuoſa & inſimul interciſiones habens, *infortunatum & diſcordiæ amatorem ſignificat.*

23. Naturalis groſſa ac lata, cum lineâ ſororiâ, *altercationes cum Matre, & fortè ſanguinis effuſionem notat.*

24. Naturalis ſubtilis, in fine verſus Menſalem inclinans, non attingens, *longam vitam, ſed laborioſam ſenectutem præſagit.*

25. Naturalis verſus percuſſionē manus diſcontinua, & ad Raſcettam aliqualiter flexa, *ſenectutem infortunatam arguit.*

26. Naturalis malè formata, diſcontinua, vel pluribꝰ lineis disjuncta, *cum mutatione partium menſis, dolores ac infirmitates, & defectum divitiarum notat.*

27. Naturalis ſimul tortuoſa & diſcontinua, *hominem protervum, & ad*

*ad latrocinia atq; alia mala opera pronum indicat.*

28. Naturalis diſcontinua, cujus alter ramus ad Menſalem tendit, *ſubitam mortem notat.*

29. Naturalis breviſſima & ad Menſalem illico inclinata, *mortem in juventate inopinatam & fortè violentam minatur*; attingens verò, *evaſionem promittit.*

30. Soror Naturalis quô longior in initio vel fine, *eò largiores pollicetur hæreditates.*

31. Naturali ſtatim in concavo finità, & ſorore interveniente inter eam & Menſalem, *oſſium ſeu tibiarũ fracturam minatur*; idem ſorore hoc modo in Triangulo exiſtente obſervetur.

32. Naturalis inflexa parùm verſus medium digitum, *in Juventute debi-*

*debilitatem capitis & defectum Phantaſiæ, quem tamen Natus ſucceſſu temporis recuperabit, ſignificat.*

33. Naturalis per palmæ medium verſus Raſcettam tendens, ſorore veniente circa Menſalem, *hominē timidum ac infidelem, in juventute ſtatim morte violentâ vel ſubitâ moriturum deſignat.*

34. Naturalis ſi extra percuſſionem manus circiter dorſum divagetur, *vitam pauperem & miſeram indicat, & licet dives aliquis ſit, bonorum amiſſionem illi minatur.*

35. Naturalis in initio diſrupta & in fine arcualiter verſus Vitalem tendens, *hominem iniquum, malignū & proditorem oſtendit.*

36. Naturalis ſtatim in principio anguli ſupremi parùm incurvata, & deindè rectâ deſcendēs, angulumq́; ſatis

ſatis ſpatioſum formãs, in bonâ proportione trianguli, *bonum ingenium in omnibus artibus ac ſcientiis capeſſendis idoneum, præſertim Architectonicæ ſtudioſum notat.*

37. Naturalis in fine bifurcata, & verſus montem Lunæ benê elevatũ extenſa, *hominem bonis moribus præditum, in Juventute quidem propter Cholerам aliquantulum laſcivum; accreſcentibus autem annis cupiditates frænantem & Religioſorum amatorem exprimit.*

38. Naturalis in fine circa montem Lunæ ſe diſpergens, & hunc locum attingens, *Catharris obnoxium hominem deſignat.*

39. Naturalis bifurcata in fine, ramos versùs Menſalem ſurſum projiciens, *loquacem & mendacem arguit.*

40. Na-

40. Naturalis bifurcata, in cujus fine rami latè per palmam extenduntur, *bonum quidem ingenium, ſed debile cerebrum oſtendit.*

41. Naturalis in fine valdè ramuſculoſa, *luxuriam & ſecretam malitiam propalat.*

42. Qui Naturalem in fine verſus Raſcettam tendentem bifurcatã habet, cum multis ramuſculis & interſectionibus, *omnes ſuas meditationes ad peſſima quæq; retorquere, & neque Deum neq; homines timere, imò etiam planè impurus & ſpurcus eſſe dicitur.*

43. Naturalis à Vitali ſpatio notabili disjuncta, in angulo ſupremo, cujus ſpatium nulla linea interrumpit, *crudelitatem, avaritiam & fortaſſis malam mortem ſignificat.*

44. Spatium disjunctionis interſecan-

ſecantes duæ lineæ, *prodigalitatem & hominem propter ſtultas cogitationes & actiones, ad egeſtatem perventurum prædicunt.*

45. Naturalis in principio à Vitali disjuncta, manus dorſum in angulo ſupremo petens verſus Indicẽ, *pericula in bello vel à quadrupede læſiones*; ſic conſtituta & in fine ſimul inciſa, *altercationes cum propriâ Matre oſtendit.*

46. Spatium hoc disjunctionis ſi lineæ parvæ inſtar crucis interſecuerint, *perſecutiones ominantur.*

47. Naturalis in principio à dorſo ſtatim manus ramuſculoſa, *fidelitatem & de amicis victoriam deſignat.*

48. Figuræ oblongæ ſemicirculares in Naturali, *graves paſſiones capitis*, quocunq; in loco fuerint ſecũdum ætatis dimenſionem, *ut & lites cum Eccleſiaſticis perſonis indicant.*

49. Cru-

49. Cruces parvæ inter Naturalis & Vitalis principium, ſeu intra ſupremum angulum, *lites & contentiones futuras præſagiunt.*

50. Parva Crux in Naturali è regione Medij vel Annularis, *hominem brevi moriturum indicat:* quæ ſi rubeat, *eò majus periculum præſigit.*

51. Crux in fine Naturalis, à quovis etiam latere fuerit, *competentem vitæ ſtatum & bonum vitæ exitum ſignificat;* Et ſi hæc Naturalis cum Vitali benè conjuncta fuerit, nō interciſa, *hominem pacificum deprædicat.*

52. Lineæ, Naturalem in oppoſito Medij vel Annularis interſecantes, *mortem in juventute notant.*

53. Foſſula profunda & conſpicua in medio Naturalis, *latronem, furem & infidelem indicat,* præſertim ſi oculorum ſignum conferatur, ut depreſſi ſint in capite. 54. Stel-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0219-6

54 Stellulæ ſupra Naturalem, *hæreditates mulierum causâ promittunt.*

55. Naturalis clarà & evidenti lineâ, quocunq; etiã in loco ſit, impedita & interciſa, *ſacrilegum arguit;* quam ſi iterum aliæ duæ in modũ crucis interſecent, *perſecutiones ab inimicis prædicunt.*

56. Linea tortuoſa à Naturali circa angulum ſupremum aſcendens, per montem verſus indicis radicem, *hominem bilinguem & cavillatorem notat.*

57. Breviuſculæ lineæ à Naturali verſus Menſalem ab angulo ſupremo tendentes, *hominem liberalem, fidelem & bonæ conſcientiæ deſcribunt;* quæ ſi in fine conjunctæ fuerint, in Quadrangulo, *fortunam inopinatam promittunt.*

58. Lineæ aliquot ſe inſequentes in

in Naturali, *ſagacem & aſtutum hominem depingunt.*

59. Naturalis verſus Raſcettam in monte Lunæ aliqualiter inclinata, *hominem honoratum & moratum oſtendit.*

60. Lineæ Naturali circa finem annexæ, *offenſiones crurum futuras notant.*

61. Lineæ craſſæ & profundæ quotquot fuerint à Naturali ad Menſalem per concavum tendentes, *tot infortunia ab inimicis & carceres minantur.*

62. Linea brevis & profunda, Naturalem in concavo ſcindens, *paſſiones Renum & vulnera indicat.*

63. Lineæ ſupra Naturalem interſectæ, *infidelitatem Mariti vel uxoris deſignant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0221-3

64. Linea â principio Vitalis per Naturalem ad Menſalem aſcendens, *mortem ex fluxu ſanguinis præſagit.*

65. Quotquot lineæ tortuoſæ Naturalem interſecuerint, *totidem graviſſimas infirmitates corporis exhibent.*

66. Lineæ à principio Naturalis ad Indicem vergentes, *hominem fidelem atq; honeſtum deprædicant.*

67. Linea Naturalem ſcindens, & illi ſuccedens, *per multas provincias peragraturum, ſe ſuo ingenio recturum, neminem curaturum, ſuperbum & glorioſum, tandem etiam exilium paſſurum prædicit.*

68. Linea recta à Naturali ad Indicem aſcendens, *rebus adverſis fortunam proximam pollicetur.*

69. Linea à Triangulo provenï-

ens,

ens, Naturalem ſcindens, & ad Auricularem tendens, *hominem aliqualiter tandem per Mulieres, aut propriâ virtute fortunandum indicat.*

70. Figura circularis vel ſemicircularis, Naturali vicina à quadrangulo, *offenſionem oculi dextri in dextrâ manu; ſiniſtri in* ſiniſtrâ manu inventa; in utraq; *utriusq, vel læſionem vel planè amisſionem minatur.*

71. Lineæ intra triangulum Naturali quaſi ſororiæ, *animi ſagacitatem & naturæ integritatem;* taliter autem Naturalis bifurcata, *in Religioſo hypocriſin demonſtrat.*

72. Lineæ verſus Medietatem Indicis & Medii tendentes à Naturali per Menſalem, *hominem fidelem juſtumq, pronunciat.*

73. Soror Naturalis verſus Hepaticam & Vitalem inclinata, *conſpi-*

*rationes & coinquinationes cum alienis mulieribus prodit.*

74. Naturalis Vitalem interſecans, & linea à dorſo manus interveniens, *hominem intoxicatum iri pronunciant.*

75. Naturalis in medio tortuoſa, *uſurarium & avarum denotat.*

76. Quando â Naturali verſus Menſalem rami reflectuntur, *hominem Lunaticum, Phantaſticum & luxurioſum arguunt.*

77. Naturalis manifeſtè cum Menſali in principio cõjuncta, nullos habens ramos, *infortunatum, ſubitaneâ & violentâ fortaſſis morte interiturum notat.*

78. Naturalis Menſali unita, Vitalem ſcindens in principio, *ad malas operationes, præſertim ad homicidia aſtutum & proclivem ſignat.*

79. Na-

79. Naturalis fortiter unita Vitali, circa medium Indicis ſpatium, *hominem proprio exercitio ac labore ad honores perventurum deſignat.*

80. Naturalis ſtatim in principio interrupta, *fractionem tibiæ ex præcipitio minatur.*

81. Naturalis intra Medium & Annularem incurvata, *Apoplexiam & brevem vitam indicat.*

82. Naturalis recta & diſcontinua in fine, *vitæ infortunia ac paupertatem;* tortuoſa & fracta, *malignitatem & avaritiam ſignat.*

83. Naturalis planè abſens, *mortem violentam nunciat.*

## CAPUT XXII.

## *DE* DIMENSIONE LINEÆ NATURALIS.

 1. Natu

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0225-5

*§. 1. Naturalis quantitas initium ſuum ſumit à medio radicis Indicis usq; ad medium digiti Auricularis in percuſſione manus.*

*2. Dividatur poſteà in tres partes, cujus prima initium ſumat verſus medietatem montis Indicis, & terminetur ſub medietate montis medii digiti, quæ interſectio dabit vigeſimum quintum annum.*

*3. Ab hac interſectione iterũ usq; ad medietatem montis Annularis quinquageſimus annus conſtituitur.*

*4. Quod ſupereſt, reliquo vitæ tempori inſerviat.*

## CAPUT XXIII.

## DE LINEA MENSALI.

§. 1. Menſalis recta, continua, profunda, benè colorata apparens, à per-

percuſſione manus initium felix ſumens, & in oppoſito medij digiti deſinēs, *totius corporis æquabilem diſpoſitionem, & maximè aptitudinem ad progenerandam prolem ſignificat.*

2. Taliter conſtituta, nuda & groſſa videlicet, ſine ramis, & usq; ad montem Indicis tendens, *hominem infortunatum ac inopem futurum prædicit*; Quæ ſi rubeat unà, *vehementer iracundum & alienæ fortunæ invidentem ait.*

3. Menſalis ſubtilis, circa montem Jovis tendens, *ſummæ felicitatis indicium eſt, & hominem non tantùm familiam ſuam benè moderaturum, ſed etiam fratribus ſuis dominaturum oſtēdit.* Taliter conſtituta ſubtilis & pallida, *hominem ſemper ægritudinibus obnoxium, caſtum atq; modeſtum affirmat.*

4. Menſalis, tuberculum Medii non excedens, ſed ante idipſum finiens, *hominem multis periculis ac calamitatibus ſubjacere, & tandem egeſtatem paſſurum ſignat.*

5. Menſalis in principio ſubtilis, diſcontinua & in fine craſſa, inter Medium & Indicem finiens, *hominē ab inimicis deprimendum*; craſſa autem in principio, & ſubtilis in fine, *contrarium ſignificat*, præſertim ſi lineolis circa Annularem ſit interciſa.

6. Menſalis rubicunda, & cum aliis tribus malè proportionata, *ulcera, peſtem & offenſiones capitis notat.*

7. Menſalis verſus Naturalem inclinata, eiq; conjuncta, & angulū acutum faciens, *grave periculum vitæ, quam ſi interſecuerit, hominem id non evaſurum portendit.*

8. Men-

8. Menſalis non inclinata verſus Medium, ſed in ejus oppoſito conſtans, *vanam gloriam, & exilium futurum prædicit.*

9. Menſalis ad Indicem aſcendens,& in fine lineis quibusdam interciſa, *vulnus in fronte minatur.*

10. Menſalis interciſa multis in locis, *labores ſine requie, & dolores corporis frequentisſimos indicat.*

11. Menſalis lata & profunda usq; ad montem Indicis, *audaciam furioſam & beſtialem denotat.*

12. Menſalis è regione Medij finiens, *ſibi placentem, lites ac diſcordias ſeminantem:* cui ſi crux in fine, videlicet in monte Jovis addatur, *liberalem, benignum & veritatis amantem notat.*

13. Menſalis cũ Vitali conjuncta, Naturali deficiente ſeu abſente,

*hominem vix optatum vitæ finem aſſecuturum; ſed aut mortale vulnus accepturum, aut decollandum ominatur.*

14. Menſalis interciſa è regione Medii, *bilinguem & adulterum ſignificat.*

15. Menſalis diſcontinua, deficiente vel malè apparente Hepaticâ, *indigeſtionem & difficilem generandi complexionem, niſi quis Sanguineus fuerit, exhibet.*

16. Menſalis ramum verſus Naturalem extendens, *in Muliere loquacitatem & incredulitatem:* ad interſtitium verò Indicis & Medii, Saturninâ ibidem concurrente, *periculum mortis in partu & mammillarum dolores prædicit.*

17. Men-

17. Menſalis in principio diſcontinua & capillaris, *naturam ſterilem ac frigidam communiter:* in Viro, *laſciviam ſed cum impotentiâ:* in Muliere, *malam complexionem & periculum graviſſimum in partu dicit.*

18. Menſalis diſcontinua & ſucceſſivè inſtar ſcalæ Indicem aſcendens, *hominem paulatim & per gradus, ſed cum labore non exiguo ad honores perventurum;* ſi autem unicus tantùm ſit ramꝰ ad Indicem tendēs, *facilè aliquem ad honoris faſtigium adſcenſurum eſſe, indicat.*

19. Menſalis tortuoſa parùm & inclinata, inter Indicem & Medium finiens, *hominem juſtum pronunciat.*

20. Menſalis in oppoſito Medij diviſa, uno ramo directè ad Indicem tendente, *luxuriam & laſciviã vehementem indicat:* puncta autem

ſi viſa fuerint in iſto ramo, *contrarium dicunt*.

21. Rami in fine Menſalis aſcendentes ad Indicem, *honores cum divitiis promittunt*.

22. Menſalis interciſa multis lineolis verſus Medium, *damna apud Nobiles ac Magnates indicat*.

23. Menſalis extendens unum ramum ad Annularem, & alterum inter Annularem & Auricularem, *contentionum & litium inventorem*; Inter Indicem autem & Medium interciſa in fine, *capitis læſionem ſignificat*.

24. Menſalis bifurcata in fine verſus montem Indicis, aliàs benè exiſtens, *ſpirituum vitalium vigoroſitatem, complexionem temperatam, & ingenii excellentiam ſignificat*.

25. Menſalis bifurcata, cujus altera

tera pars aſcendat per radicem Indicis, *hominem Cholericum, intrinſecè iracundum, aliquando etiam Phreneticum indicat.*

26. Menſalis ramuſculoſa, hominem *callidum & ad utrumq; paratum oſtendit*, præſertim in humidâ manu: in manu ſiccâ & aſperâ, *infidelem & amicos pariter ac inimicos decipientem depingit.*

27. Rami recti ad montem Jovis tendentes, *pauperem ſucceſſu temporis ad divitias & honores perventurum dicunt.*

28. Tres rami ad montem Jovis tendentes, & tres ad angulum ſupremum deſcendentes, *hominem jucundum, mundiciei ſtudioſum, Muſicæ amatorem, liberalem & modeſtum ſignificant.*

29. Menſalis diviſa, alterâ parte

ad mon-

ad montem Saturni tendente, alterâ ad Naturalem ſe flectente, *hominem de vitâ ſuâ ſæpiſſimè periclitaturum ait, quod periculũ tamen evaſurus eſt.*

30. Menſalis bifurcata circa montem Saturni, *hominem varios labores in vitâ ſubiturum oſtendit.*

31. Menſalis brevis & bifurcata in fine, ut illius alter ramus Indicẽ, alter Naturalem aut Vitalem petat, *hominis liberalis, fortunati atq; amicabilis indicium eſt.*

32. Menſalis bifurcata, cujus alter ramus ad Indicem aſcendat, altero inter Indicem & Medium remanente, *divitias competentes, vitam quietã, & caſtam menten notat.*

33. Menſalis bifurcata in principii quâvis parte, *inimicitias, & eò vehementiores,* quò magis fuerint rami à ſe invicem diſtantes, *ſignat.*

34. Men-

34. Menſalis bifurcata obliquè verſus percuſſionem manus, *moleſtias usq; ad vigeſimum annum*; trifurcata, *usq; ad trigeſimum annum præmonſtrat.*

35. Menſalis ramuſculoſa, multis discontinuis lineis conſtans, *genitalium infirmitates indicat*: Quod ſi linea quædam hoſce ramos interſecuerit, *membrum corruptum indicat.*

36. Menſalis in initio discontinua, & lineolis tortuoſis concatenata, *mortem extra patriam notat.*

37. Menſalis bifurcata in fine, uno ramo ad Medium, altero ad Indicis tuberculum tendente, *liberationem ab inimicis pollicetur.*

38. Lineæ arcuales in principio Menſalem ſecantes, *impedimentum potētiæ generativæ in homine deſignāt*; ſi plu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0235-0

Si plurimæ interſecantes quoquo modo fuerint, *infirmitates circa genitalia notant.*

39. Menſalis hinc inde interciſa lineolis quibusdam, *hominem inconſtanter mulierem amantem, & , ſecundum dimenſionem, imbecillitates corporis paſſurum demonſtrat.*

40. Quotquot obliquæ lineæ ab alterutrâ parte Menſalis fuerint, *tot inimicitias capitales notant.*

41. Semicirculares lineæ ſub Menſali tantùm, *infirmitates renum in Viris; in fœminis verò difficultatem partus indicant.*

42. Lineæ in Menſali gradatim & æquali diſtantiâ aſcendentes, *honores ac dominia promittunt.*

43. Linea Menſalem ſecans, & ad montem Jovis tendens, *Mulieri plurimas hæreditates promittit,* eadẽ rubi-

rubicunda, *dolores circa Umbilicum frequentes indicat.*

44. Linea à Menſali Auricularē versùs tendens, *hominem avarum, ſordidum, iracundum, & ſceleroſorum ſocium deſcribit.*

45. Linea una aut plures, à Mēſali inter Mediū & Annularem tendentes, *Podagram prædicunt: gravioris morbi indicium eſt,* ſi plures & interſectæ fuerint.

46. Linea à Menſali verſus Indicem aſcendens, aliâ ab angulo ſupremo eidem unitâ, angulum ut forment, *mortem ſubitaneam notat.*

47. Lineæ ſeparatæ, in fine Mēſalis apparentes, ad montem Indicis aſcendentes, *ſubitaneam mortem notant.*

48. Linea à Menſali ad radicem Medij aſcendens, *labores & moleſtias;* ſi

*as*; ſi ſubnigri coloris fuerit, *tortu-ras*, ſi unâ plures, *tot indicant car-ceres.*

49. Soror Menſalis, *malignita-tem & luxuriam*, quæ ſi deſcenderit ad Naturalem in fine ramo quodã, *inſaniam & adulationem*; ſi linea à concavo acceſſerit, *morbi gallici indi-cium eſt.*

50. Semicircularis linea à Men-ſali verſus medium digitum aſcen-dens, *carceres minatur.*

51. Linea recta & ſubtilis à Men-ſali ad Auricularem tendens, *libera-litatem, & in Mulieribus ſingulariter caſtitatem admittit.*

52. Lineæ transverſaliter prin-cipium Menſalis interſecantes, *ami-citiam & benevolentiam ab aliis con-cedunt.*

53. Linea circa concavum ſola Men-

Menſalem ſcindens, digitos non attingens, ſed in longitudinem Menſalis inclinata, *hominem pertinacem, Parentes non honorantem, & peregrinationes plurimas, quandoq; non neceſſarias ſuſcipientem ſignificat.*

54. Duæ lineæ ſemicirculares, Menſalis principium interſecantes, *Stomachi debilitatem, ac dolores in orificio ventriculi ſignificant.*

55. Menſalis ſoror ad palmam valdè deſcendẽs ſeu inclinata, *luxurioſiſſimum & maſtupratorem arguit.*

56. Linea craſſa & tortuoſa â Menſali ad Auricularem tendens, *in Viro avaritiam; in Muliere autem luxuriam deſignat:* ſi verò contrà ſubtilis & recta fuerit, *in Viro liberalitatem, in Muliere caſtitatem dicit.*

57. Linea ſubtilis & benè apparens, â Menſali ad Auricularem aſcen-

ſcendens, *fidelem, ſecretum, & boni conſilij hominem pronunciat.*

58. Lineæ groſſæ ac breves, à Menſali ad Medium tendentes, *vitam deſignant quietam.*

59. Tres rami à Menſali ſe extendentes, unus ad Medium, ſecundus ad Naturalem, tertius ad Indicẽ, *divitias, & in ædificiis delectationem promittunt.*

60. Lineæ in principio Menſalis ſtellam repræſentantes, *fortunam inſignem extra Patriam in peregrinis locis prædeterminant.*

61. Hemicyclus oblongæ figuræ cum virgulâ quâdam in Menſali circa Auricularem, *inceſtum & maximã luxuriam:* in oppoſito autem Indicis, *amorem ſine effectu denotat.*

62. Linea brevis & groſſa Menſalem interſecans, *peſtem Nato minatur ſecundum temporis dimenſionem.*

63. Fos-

63. Foſſulæ ſeu puncta evidentia in Menſali, ex oppoſito Auricularis, *in viris paſſiones Renum, in Mulieribus dolores matricis notant.*

64. Foſſula oblonga in Menſali ſub Auriculari inventa, *maſtupratores & inceſtuoſos deſcribit.*

65. Punctula minuſcula ceu acu infoſſa in Menſali, vel propè eam, *continentiam indicant.*

66. Puncta craſſa, rubicunda & inordinata in Menſali, *genitalium infirmitates & impotētiam deſignant.*

67. Foſſula Menſalis in oppoſito Medij, *à* quâ lineæ aſcendant ad Medium digitum, *peregrinationes inutiles, & ſine lucro, oſtendunt.*

68. Punctula aliquot in Menſali apparentia inordinatè, *calculum, vel debilitatem ex actibus Venereis præfigurant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0241-4

69. In cujus manu non reperitur Menſalis, cujuſcũq; etiam ſexus ſit & conditionis, *iracundus, inconſtans, ad omne malum proclivis, & propter defectum vigoris naturalis brevi moriturus eſt.*

# CAPUT XXIV.

## *DE*

## DIMENSIONE LINEÆ MENSALIS.

§. 1. *Initium dimenſionis lineæ Menſalis ſtatuatur à competẽti principio usq́; ad medium radicis digiti Auricularis, quæ medietas exhibebit vigeſimum quintum annum.*

2. *Deinde ab hoc termino in oppoſito mediæ radicis Annularis, quinquageſimus annus aſſignetur.*

3. *Ab hoc iterum usq́; ad mediam radicem Medii digiti, ſeptuageſimo annus,*

*nus; Quod excreſcit, pro lucro aut damno temporis habeatur.*

# Capvt XXV.
## *DE*
# LINEA HEPATICA.

§. 1. Initium Hepaticæ eſt à Vitali ad Naturalem; angulus quem facit Vitalis conjunctione, Dexter; quem cum Naturali facit, Siniſter appellatur.

2. Hepatica recta & continua, longa, lata, profunda, benè colorata, & ſatis decentem angulum conſtituens cum Vitali & Naturali, angulis conformiter acutis coniuncta, *Hepatis ac Stomachi temperatam conſtitutionem, corporis agilitatem, lætamq; mentem ſignificat.*

3. Hepatica recta, in medio longa, & aliquantulum diviſa, ſeipſam verò

verò continuans iterum, ac boni coloris, *Hepatis bonam diſpoſitionem & naturam vivacem oſtendit.*

4. Hepatica neque cum Vitali neq́; cum Naturali conjuncta, *infirmum atq́; incertum corporis ſtatum ſignificat.*

5. Hepatica triangulum amplū conſtituens, longitudine atq; incurvatione quaſi ſui, *largos atque liberales depingit.*

6. Hepatica notabiliter à Naturali diſtās, *hominem in virili ætate ſtatim deficere, ſæpiſſimè vitio Stomachi laborare, ſibi ipſi placere, vanos ſermones proferre, ac quandoq́; mentiri, dicit.*

7. Hepatica cum lineâ Vitæ non conjuncta, & Naturali tamen addita conſpicuè, *inſtabilitatem animi determinat.*

8. Li-

8. Linea Hepatis, Saturnina & Naturalis, triangulum cauſantes, *hominem ad Aſtrologiam & quamvis artem divinatricem, rerumq; antiquarum enucleatisſimam indagationem propenſum eſſe, indicant.*

9. Hepatica, magis rubicunda in contactu Vitalis, quàm Naturalis, *vehementes capitis dolores, fœtorem oris, & pravam diſpoſitionem pulmonum oſtendit.*

10. Linea Hepatis circa Naturalem angulum nō acutum, ſed latū ac rectum conſtituens, *vitæ longitudinem & felix ingenium, cum ſimplicitate tamen, indicat.*

11. Linea Hepatica in debili ac molli manu planè abſens, *Phlegmaticæ complexionis hominem, pigrum, tardum, loquelæ impeditæ, & ſomniculoſum notat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0245-5

12. Hepatica Vitali conjuncta, & in ipsâ conjunctione craſſa, profunda & integra, *bonitatem quidem naturæ, ſed propter aliquod accidens ſucceſſu temporis calumniam natum paſſurum notat.*

13. Hepatica verſus Vitalem & Raſcettam bifurcata, *naturæ malevolæ indicium eſt.*

14. Hepatica bifurcata versùs Naturalem, *ſtomachi debilitatem & indigeſtionem ſignificat.*

15. Hepatica verſus Raſcettam deſcendens, cum Vitali non cõjuncta, planè bifurcata, *Mulieri propter commiſſa delicta mortem violentam, eandemq; variis ſceleribus oppletam, aſſignat.*

16. Linea Hepatis alicubi interciſa, *infirmitatem accidentalem aliquam Hepatis & Stomachi ſignificat.*

17. Li-

17. Linea Hepatis diſcontinua & disjuncta, alijs autem lineis quaſi ſubſequenter continuata, *corroborationem Hepatis & talium infirmitatum evaſionem notat.*

18. Hepatica capillaris, *diſperſionem calidi nativi indicat.*

19. Juxta lineam Hepatis, vel in illâ ipsâ juncturæ parvæ, *coſtarum dolorem & conſtipationem ventris dicunt.*

20. Linea Hepatis & Vitalis ſe ſe invicem interſecantes, *bonitatem intellectûs & temperatam Stomachi diſpoſitionem notant.*

21. Linea quædam Hæpaticam interſecans in concavo, *ſignum infirmitatis aut præſentis aut proximè futuræ eſt.*

22. Hepatica plurimis pallidis lineis interrupta, *digeſtionis difficultatem frequentiſſimam exhibet.*

# CAPVT XXVI.

## DE LINEA SATURNINA.

§. 1. Saturnina integra, bono colore prædita, non interciſa, prope Raſcettam incipiens, lineas principales ſuperans, circa angulum dextrum aſcendens, & in monte Medii finiens, *felices in omnibus rebus ſucceſſus, non tantum Nato, ſed etiam ipſius poſteris pollicetur.*

2. Saturnina ſupra Vitalem in ipſo monte Pollicis oriens, & per concavum illæſa aſcendens, *hominē propriâ virtute proprioq́; ingenio opes ſibi acquiſiturum deſignat.*

3. Saturnina ab ipsâ Vitali circa concavum manûs incipiens, & feliciter aſcendens, *calliditatē, & quovis vitæ tempore proſperitatem annuit.*

4. Sa-

4. Saturnina, quò magis ad radicem digiti ſui devenit, *eò majorem vehementiam influxuum Planetæ ſui exhibet.*

5. Saturnina recta & ad finem usq; benè colorata, *in ſenectute proſperitatem*; ſin ſecus, *oppoſitum, & in agris aut hortis quidem benè diſponendis atq; inſtaurandis idoneum, ſed aliàs in rebus ſuis omnibus avarum notat.*

6. Saturnina in concavo geminata, *articulorum corruptionem, atq; peſſimam infirmitatem ſignificat.*

7. Saturnina recta, in lineâ Naturali finiens, *probum, & ad finem usquè vitæ, virtutis amatorem deſignat*: ſi ſit tortuoſa, *contrarium indicat.*

8. Saturnina verſus montem Lunæ maximè oriens, *largos fructus atq; fertiliſſimos ſucceſſu hominem ex laboribus atq; operibus ſuis adepturum præfinit.*

9. Lineæ Saturninæ finales conglomeratæ & tortuoſæ, aut ipſa Saturnina interciſa ſeu reflexa, & illæ tortuoſæ, *poſt maximam proſperitatem maximum infortuniũ minantur.*

10. Duæ lineæ à Raſcettâ reflexæ loco Saturninæ, per montem ſeu percuſſionem, *hominem probum, fidelem & temperatum, ſed infideles amicos, præſertim peregrinos & ignotos habiturum indicat.*

11. Lineæ Saturninæ ſororiæ in Naturali terminantes, *hominem in lucro licet verſantem, infortunatum tamen in ſuis negotiis oſtendunt.*

12. Lineæ Saturninæ ſororiæ ad Indicem à Raſcettâ tendentes, *Legationes & honorifica itinera præſagiunt.*

13. Tales lineæ, à radice Vitalis ad Annularem, Vitali quaſi annexæ, tendẽtes, *vitam quietam homini promit-*

*mittunt*; Ad Auricularem verò ſe flectentes, *præſumtuoſum, loquacem, & ſervituti obnoxium hominem deſignant.*

14. Duæ lineæ Saturninam repræſentantes, à Raſcettâ aſcendentes & Vitalem interſecantes, *homini, in cujus manu reperiuntur, damnum furti, ab his quibus maximè ſe concredidit, minantur.*

15. Iterum ejusmodi duæ lineæ à Raſcettâ ortæ, ad Medium quidem tendentes, verùm in contactu Menſalis finientes, *hominem pauperem & vagabundum notant.*

16. Saturninæ combinatæ à Raſcetta verſus montem manus tendẽtes, *hominem debitorem, propter non reſtitutam pecuniam carceribus includendum ajunt.*

## CAPUT. XXVII.

### DE

# LINEA SOLARI.

§. 1. Solaris decenter à Vitali vel ab angulo dextro incipiens, & ad Annularem, aliis felicibus lineis in monte Solis concomitantibus & aſſiſtentibus, continua & non interciſa, aſcendens, *hominem indubiè honores aſſecuturum in conditione ac ſtatu ſuo ſupremos, ut & apud Reges, Principes, Prælatos, & quosvis potentisſimos favorem habiturum vaticinatur.*

2. Solaris inter Naturalem & Menſalem reperta incipiens, *hominem placidum, virtutibus præditum, affabilem & Nobilibus amicum, ſed ſine lucro, denotat.*

3. Solaris flexuosè, continuo

tamen

tamen tractu aſcendens à medio Trianguli usq; ad radicem Annularis, per montem Solis, *lento ac perfecto gradu hominem ad honores perventurum, & eos, ut adeptus fuerit, cum ſupercilio geſturum, ait.*

4. Solaris hinc inde lineis impedita, præſertim verſus tuberculũ Saturni tortuoſis & conſpicuis, *manifeſtum honoris futuri impedimentum deſignat.*

5. Solaris à Naturali aſcendens, & verſus Auricularem ſe flectens, *hominem artibus, ad quas naturâ propẽſus eſt, honores quærentem; Sed difficulter & cum tædio invenientem ſignificat.*

# CAPVT XXVIII.

## *DE*

## VIA SEU LINEA LACTEA.

§. 1. In quorum manibus lineæ lacteæ à Raſcettâ verſus Menſalis principium vel Auricularem, per montem Lunæ tendentes inveniuntur, *homines in rebus ſuis vagabundos, laſcivos & à Mulieribus facilè attractiles oſtendunt.*

2. Lineæ Lacteæ prope montem Lunæ aſcendentes, & ad Auricularē tendentes, *fortunatum apud Magnates & Nobiles, ut & gratum mulieribus demonſtrant.*

3. Si autem taliter magis verſus percuſſionem manus tetenderint, *damnum propter laſciviam indicant.*

4. Via Lactea in medio montis Lunæ orta, & per ipſum decurrens, *ſalaces dicit.*

5. Via Lactea capillaris & diſcontinua, *frequentes Venereos pruritus absq; effectu propalat.*

## CAPUT XXIX.

### DE

## CINGULO VENERIS.

§. 1. Cingulum Veneris continuum, perſpicuum cum ſummâ rubedine, non interciſum, vel profunditatem interſecantium linearum ſuperans, *maximè Venereos & ad deflorandas Virgines beluino more, niſi bona educatio propoſitum anteverterit, manifeſtè prodit.*

2. Cingulum Veneris à monte Indicis ortum, & ad Medium mon-

tisAuricularis protenſum, *hominem ingenioſum quidem, ſed iracundum depingit.*

3. Cingulum Veneris per montem Medii tranſiens disjunctum, *hominem ſibi à luxuriâ creſcentibus annis temperantem notat.*

4. Particulæ ſeu lineolæ tantùm duæ de Cingulo Veneris inter Indicem & Medium, & iterùm inter Annularem & Auricularem conſpectæ, *hominem benè moratum, & laſcivis nec ſermonibus nec operibus gaudentem, ſignificat*

## CAPUT XXX.
## *DE*
## LOCO MATRIMONII, EJUS LINEIS ET DIMENSIONE.

1. Locus

§. 1. Locus Matrimonii inter Menſalem & radicem digiti Auricularis, circa dorſum manûs, nullis lineis interciſus, præter communes, protuberans & benè diſpoſitus, *felix matrimonium ſpondet.*

2. Quotquot lineæ, videlicet una, duæ vel tres, apparentes & profundæ in hoc loco inveniuntur, *tot matrimonia ſignant.*

3. Lineæ rectæ & non interciſæ, *Natum Virginem ducturum in Uxorem; ſi arcuales, Viduam denotant.*

4. Lineā quādam matrimonialē notabiliter virgulâ ſeu lineolâ quâdam interciſā, *Uxorem quam aliquis ducturus eſt, meretricem eſſe, vel adulteram futuram, indicare quidam opinantur.*

5. Lineæ collaterales ſpuriæ ſunt, *ab utrâq; parte & ſecundum diſtantiæ tem-*

*temporis dimenſionem indicant, quod & quo tempore aliquis ſcortatus vel mæchatus ſit ante matrimonium; vel quod & quando id facturus ſit, in matrimonio vel Viduitate. Vnicuiq; autem hac de re præter alienam incuſationem proprium judicium relinquatur.*

6. Lineæ parvæ iterum haſce ſpurias interſecantes, *impeditionem vel voluntariā vel coactam teſtantur.*

7. *Dimenſio autem hujus loci, ut annum quo ducturus ſis uxorem ferè indagare poſſis, ejusmodi eſt; ſicuti initium hujus loci ſumitur à radice Auricularis ad Menſalem usq; ita beneficio circini media pars inquiratur, quæ trigeſimum ætatis annum à Nativitate denotat: Altera pars iterum dividatur æqualiter, cujus prima portio quinquageſimum, ultima ſeptuageſimum oſtendit.*

CAPUT

# CAPUT XXXI.

## DE

# RASCETTA.

§. 1. Raſcetta profunda, integra, benè colorata, lenis, non rugoſa, & verſus inferiorem manus partem elevata, *hominem bonæ complexionis, fortunæ ſtabilis, & cum labore juventutem ſuam transacturum ſignificat.*

2. Raſcetta catenata, *vitam quidem laborioſam, ſed propter laboris conſtantiam, fortunatam probat.*

3. Raſcetta quadrilinearis, lineis æqualiter à ſe invicem diſtantib9, & brachium ambientibus, benè coloratis, *hominem ſuam ætatem ad octuageſimū annum prorogaturum indicant.* ſi verò duo ramuli supernè fuerint, angulum acutum facientes,

*homi-*

*hominem propter mortem ſuorum, hæreditates & honores accepturum*; in quo angulo ſi ſtella vel crux inveniatur, *poſt hæreditates acceptas hominem brevi ægrotaturum & moriturum dicit.*

4. Raſcetta quadrilinearis & continua, lineis æqualiter à ſe invicem diſtantibꝰ, *hæreditates ac honores poſt mortem amici notat.*

5. Raſcetta quadrilinearis, cujus prima & tertia groſſæ fuerint, ſecunda autem & quarta ſubtiles, *hominem in puerili & virili ætate divitias; in juventute autem & ſenectute diminutionem facultatum & debilitates corporis habiturum ſignificat.*

6. Raſcetta capillaris & diſcontinua, *diſperſiones bonorum indicat.*

7. Raſcetta quadrilinearis, duas ſuperiores inferioribus groſſiores habens,

habens, *homini divitiarum copiam ad trigeſimum usq; annum pollicetur; poſtea diminutionem reculæ ſuæ & amiſſionem divitiarum notat.*

8. Raſcetta quadrilinearis, cujus ſuperior diſrupta & tortuoſa fuerit, & in illâ duæ lineæ, ſuperiùs angulũ acutum facientes, *infirmitatem vitæ, non fortunarum oſtendunt.*

9. Raſcetta quadrilinearis, ſupremâ lineâ tantùm præ aliis groſsâ, manu exiſtente durâ & aſperâ, *hominem malè moratum denotat.*

10. Lineæ per Reſtrictam ſparſæ, ſe non contingentes, ſed in diverſum abeuntes, *magno ingenio hominem notant; ſed malarum cogitationum, parentum contemptorem, & inobedientem.*

11. Exiles lineæ Raſcettam tranſſecantes quot fuerint, *totidem breves & lucroſas peregrinationes deſignant.*

12. Par-

12. Parva & incurva lineola, Raſcettæ à monte Veneris incumbens, *iniquum hominem præſupponit.*

13. Linea à Raſcettâ ſurſum tendens, in inferiori parte groſſior quã in ſuperiori, *infirmitatem corporis brevi futuram annunciat.*

14. Lineæ aliquæ à Raſcettâ ſurſum tendentes, *hominem mobilem & in nullo fixo loco manentem, ſervilem & contemptum ſignificant*: quæ lineæ ſi ejusmodi reſpectum habuerint, ut virgulæ circa Triangulum illis partim in medio, partim in fine addantur, *diu in locis extraneis commoraturum prædicunt.*

15 Linea per Raſcettam ſurſum ad montem manus tranſiens, *navigationes periculoſas ſuſcepturum, & fortè in aquis ſubmergendum notat.*

16. Lineæ parvæ & recurvæ, ab extra ſe reſpicientes, quot fuerint, *tot peregrinationes exhibent.* 17. Li-

17. Linea per Raſcettam usq; ad montem Jovis æqualiter & continuè aſcendens, *longam peregrinationem & quidem feliciſſimam indicat.*

18. Talis linea, ut antè affecta, ad latus usq; radicis Annularis tendens, *proſperitatem Nobilium, & virginum amorem pollicetur.*

19. Lineola manifeſtè tortuoſa per Raſcettã ſurſum aſcendens, paululum circa baſin Triãguli, *hominem ex libertate in ſervitutem redigendum aut planè criminis manifeſti condemnandum ait.*

20. Stella conſpicua infra, vel in Raſcetta versùs medium brachii, *hæreditates ex locis peregrinis, ſed cum cõtroverſiá maximâ, promittit.*

21. Stellulæ in Raſcettã prope montem pollicis, *Viro diffamationes per Mulieres, ex quibus tamen ſe extricabit, ſignificat.*

22. Line-

22. Lineam hoc modo in Raſcetta formatam habens, ut ſigno cõjunctionis Aſtronomicæ ſimilis ſit, *licet ſit moratus, affabilis atq; fidelis, nullum ſortietur amicum fidelem, cum quo conſilia ſua communicare, & cui res ſuas concredere poſſit.*

23. Lineæ per Raſcettam transeuntes, ab ipsâ ſtatim diſperſæ, & per locum Veneris ad pollicis juncturã usq; tendentes, *à propinquis & amicis deſerendum & deprædationes paſſurum notant.*

24. Linea per Raſcettam aſcendens per medium pollicem, inferius duabus lineis transſecta, *hominem difficulter operantẽ, ſed leviter res ſuas ad finem perducentem ſignificat.*

25. Lineæ à brachio ortæ, per Raſcettam tranſeuntes, & ad manum aſcendentes, interciſæ, & in extremitate

tate conjunctæ, *hominem ad ſenium perventurum, & in patriâ domo moriturum ajunt.*

26. Lineola per Raſcettam tranſiens & circa angulum dextrum vergens, ſuperiùs bifurcata, *providum in rebus ſuis oſtendit.*

27. Spatium inter duas Raſcettæ lineas, purum, molle, ac benè coloratum, *complexionem temperatam, & hominem fidelem ſignificat.*

28. Si in Raſcettâ inventæ fuerint lineæ, inſtar crucis interſectæ, *vitam quietam denotant.*

29. Raſcetta non continuata & interſecta, *itinera ſine notabili commodo ſignificat.*

30. Lineæ duæ à brachio per Raſcettam ad Naturalem tranſeuntes, *augmentum ex mercimoniis & navigatione dicunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0265-6

# CAPVT XXXII.
## DE
# PECTORE.

§. 1. Pectus latum & humeri groſſi, *hominem magnanimum & ſapientem denotant.*

2. Pectus mediocre, cum tergo æquali, *naturam hominis temperatam ſignificat.*

3. Pectus valdè carnoſum, *indiſciplinabiles & ignaros prodit.*

4. Pectus gibboſum, *hominem ſuperbum, inconſtantem, & duplicis animi, ſignificat.*

5. Pectus piloſum, *animoſos & luxurioſos*, depile autem planiſſimè, *inverecundos & timidos ſignificat.*

6. Interſtitium â jugulo ad os ventriculi majus quàm ab imo pectoris ad Umbilicum, *prudentes depingit.*

7. Pectus

7. Pectus anguſtum, *ſubtilitatem intellectus & ingenii denotat.*

# CAPVT. XXXIII.
## *DE*
## MAMMILLIS.

§. 1. Mammillæ craſſæ, carnoſæ & pingues, *in fæminis laſciviam & partûs facilitatem denotant.*

2. Mammillæ rotundæ & parvæ, *aptitudinem quidem ad prolem generandam denotant; ſed difficultatem & dolores in partu prædicunt.*

3. Viri mammillas habentes carnoſas & quaſi dependentes, *effæminatos oſtendunt.*

4. Pili circa mammillarum parvarum verruculas, *ingenioſos quidem, ſed luxurioſos oſtendunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4083-p0267-6

## CAPVT XXXIV.
### DE
# COSTIS.

§. 1. Coſtæ latæ, robuſtæ, & cõpetenter diſtantes, *fortes & maſculos oſtendunt.*

2. Coſtæ tenues in macilento corpore, *formidoloſos & effæminatos dicunt.*

3. Coſtarum tumor, *ſtultiloquos pronunciat.*

4. Coſtæ multâ carne obductæ, *indociles & indiſciplinabiles demonſtrãt.*

5. Coſtæ non carnoſæ, ſed mediocres, *ingenioſos notant.*

## CAPVT. XXXV.
### DE
# DORSO.

§. 1. Dorſum magnum & amplum,

plum, *fortes & maſculos quidem; ſed arrogantes & irreverentes notat.*

2. Dorſum anguſtum & informe, *aſtutos, molles & effœminatos perhibet.*

3. Dorſum incurvum, *immodeſtos & malè moratos ſignat.*

4. Dorſum gibboſum ab utero materno, *hominem tenacis quidem memoriæ & ingenioſum; ſed valdè fallacem, improbum ac malitioſum oſtendit.*

5. Dorſum cum pectore & coſtis benè proportionatum, *robur corporis, & bonitatem complexionis denotat.*

## CAPUT XXXVI.

## *DE* UMBILICO ET VENTRE.

§. 1. Longum interſtitium inter Umbilicum & imum pectoris, *voraces ac ſtupidos deſcribit.*

2. Spa-

2. Spatia à pube ad Umbilicum, ab Umbilico ad imum pectoris, & abinde ad guttur æqualia, *laudabilem corporis & animi diſpoſitionem notant.*

3. Ventris mollicies, *hominem tractabilem, & Virtutibus deditum prædicat.*

4. Durus Venter & aſperus, *duritiem, verſutiam, & guloſitatem indicat.*

5. Macilentus Venter, *mores indecentes, & malam digeſtionem notat.*

6. Amplus atq; concavus venter, *fortes deſignat.*

7. Magnus, carnoſus, mollis, & dependens Venter, *ſtolidos & luxurioſos;* duriusculus autem in proportionabili rotunditate, *ingenioſitatem; ſed cum iracundiâ depingit.*

8. Venter ſub Umbilico circa pectinis extremum valdè piloſus, *loquaces & luxurioſos dicit.*

LIB-

# LIBER TERTIVS.

## CAPUT I.

## DE COXIS ET FEMORIBUS.

§. 1. Coxarum oſſa duriter eminentia, & exteriùs apparentia, *virilitatem monſtrant.*

2. Oſſa coxarum gracilia, & minùs expoſita, *corporis debilitatem, timorem & laſciviam denotant.*

3. Femora nervoſa & oſſea, *fortitudinem;* mollia autem & inarticulata, *imbecillitatem corporis & mollitiem animi ſignificant.*

4. Femora per ſe brevia & carnoſa, *invidos, perfidos, injurioſos, avaros, & perquàm malevolos oſtendunt.*

5. Femora decentis longitudinis, & carnoſa mediocriter, *ingenioſos & temperatæ complexionis homines deſignant.*

## CAPUT II.
### *DE*
## LUMBIS.

§. 1. Lumbi pingues, carnoſi & duri, *bonos Venatores, ſeu ferarum inſidiatores*; molles verò, *muliebris animi homines notant.*

